Lec.2.n. in octauo hui⁹ dicet̄. Dicit ḡ ṗmo ꝙ ad ostēdēdū infinitū eē: ex qnqȝ rōnib⁹ accipi pōt. Et ṗmo qdē ex tpe: qd̄ est ifinitū s̄m illos q dicebāt tps sp fuisse ⁊ sp futurū eē. Scda rō sumit̄ ex diuisiōe magnitudinū in ifinitū. Infinito.n. in magnitudib⁹ vtunt̄ ēt mathe^ci i suis demōstratiōib⁹: qd̄ nō eēt si ifinitū totalr̄ tolleret̄ a reb⁹. ops igit̄ ponere infinitū. Tertia rō sumit̄ ex ꝑpetuitate generatiōis ⁊ corruptiōis: s̄m pluriū opinionē. Si.n. totalr̄ tolleret̄ infinitū: nō posset dici ꝙ generatio ⁊ corruptio in ifi^m durarēt: vn̄ oporteret dicē ꝙ qnqȝ totalr̄ generatio cessaret qd̄ est cōtra multoꝝ opinionē. Ops ḡ ponē infinitū. Quarta rō sumit̄ ex appenti rōne finiti. Uidet̄.n. plurib⁹ ꝙ de rōne finiti sit ꝙ sp icludat̄ ab aliquo alio: q2 videm⁹ apud nos oē finitū extēdi vsqȝ ad aliqd. Demonstrato igit̄ aliquo corpe. si illd̄ sit ifinitū habet̄ ꝓpositū. Si aūt sit finitum oportebit ꝙ terminet̄ ad aliqd̄ aliud: ⁊ iteꝝ illud si sit finitū ad aliqd̄ aliud: aut ḡ erit ꝓcedere in ifinitū: aut deueniet̄ ad aliqd̄ corp⁹ ifinitū: ⁊ vtroqȝ mō ponit̄ infi^m. Un̄ necesse est ꝙ nullus sit termin⁹ corpoꝝ: s; sp ops ꝙ oē finitū icludat̄ ab aliquo altero. Quīta rō sumit̄ ab apphēsione itellect⁹ vel imaginatiōis. Un̄ dicit. Illud qd̄ maxie fac̄ cōēȝ dubitationē iducētē hoies ad ponēdū ifinitū: est ex hoc ꝙ itellect⁹ nūq̄ deficit: qn sup qdlibet finitū datū possit aliqd addē. Existimabāt aūt antiq phi ꝙ res viderēt apphēsiōi itellect⁹ ⁊ sensus. vn̄ dicebāt ꝙ oē qd̄ videt̄ est veꝝ. vt in q̄rto meta. dr̄: ⁊ ꝓp h̄ credebāt ꝙ ēt in reb⁹

Lec.6.2. eēt ifinitū. Inde est ꝙ videt̄ nūer⁹ eē ifinit⁹: q2 itellectus cuilibet nūero dato vnitatē addēdo fac̄ aliā spēm. Et eadē rōne vident̄ magnitudines mathematice q̄ in imaginatiōe ꝯsistūt eē ifinite: q2 q̄libet magnitudine data possumus imaginari maiorē. Et eadē rōne videt̄ eē ex̄ celū qddā spatiū ifinitū: q2 possum⁹ imaginari ex̄ celū in ifinitū q̄sdā dimēsiōes. Si aūt ē ifinitū spatiū ex̄ celū: necē vi

det̄ ꝙ sit corp⁹ ifinitū: ⁊ ꝙ sint mūdi ifiniti. Et h̄ duplici rōne. ṗma rō est: q2 si ꝯsideret̄ totū spatiū ifinitū: totū s; se ꝯsideratū est vniforme. Nō est ergo assignare rōnē quare magis in vna pte illud spatiū sit vacuū a corpe q̄ in alia. Si ḡ in aliq̄ pte illi⁹ spatij inenit̄ magnitudo corporalis hui⁹ mūdi: ops ꝙ in q̄libet pte illi⁹ spatij inenia t̄ aliq̄ magnitudo corporalis sicut que est hui⁹ mūdi: ⁊ sic ops corp⁹ eē ifi^m sic̄ ⁊ spatiū. Uel ēt ops mūdos eē infinitos vt Democrit⁹ posuit. Alia rō est ad idē ostēdēdū: q2 si est ifinitū spatiū: aut est vacuū: aut est plenū: si est plenū habet̄ ꝓpositū ꝙ sit corpus ifinitū. Si aūt est vacuū. cū vacuū nihil aliud sit q̄ locus nō repletus corpe possibile repleri: necesse est ꝙ si est spatiū infinitū. sit etiā locus infinitus: qui posset repleri corpore: ⁊ ita oportebit corpus eē ifinitū: q2 in ꝑpetuis nō differt ꝯtingere ⁊ eē. Un̄ si cōtingit locū ifi^m repleri corpe: ops dicere ꝙ sit repletus corpore ifinito. necesse ḡ videt̄ dicē ꝙ sit corp⁹ ifi^m. ¶ 2^a ibi.

¶ Habet aūt dubitationē ipsa ꝯtēplatio ifiniti. Nā si ponat̄ eē: ipossibilia multa sequunt̄: ⁊ ēt si nō eē ponat̄. Preterea vtronā sit mō. Utꝝ vt substantia: an vt accn̄s alicui nāe per se: an neutro mō: s; nihilominus sit ifinitū: ⁊ multitudine infinita. Maxime autē ad naturalē philosophū ꝑtinet: si magnitudo sensibilis infinita sit in ratione rerum considerare.

¶ Habet aūt dubitationē de ifinito cōsideratio. T.c.33.
Et nāqȝ nō eē ponentib⁹. multa ipossibilia accidūt: ⁊ eē. Amplius aūt qualiter est: vtrū sicut substantia: aut sicut accidēs per se alicui nature: aut neutraliter. Sed nihilominus est ifinitū aut infinita multitudine. ¶ Maxime autē physici est T.c.34.
cōsiderare si est magnitudo sensibilis infinita.

¶ Obijcit in 2^m. Et circa h̄ tria fac̄. Pmo ostēdit qōnē eē dubitabilē ne rōnes ꝑmisse oīno verū cōcludē videant̄. Scdo ostēdit quot modis dr̄ infi^m. ibi [Pimū ḡ determinādū.] Tertio rōnes pōit ad ostēdēdū ifi^m nō eē. ibi [Separatū qdē igit̄ eē.] Dic̄ ḡ ṗmo ꝙ dubitatio est circa ifinitū vtꝝ sit vel nō sit. Multa.n. ipossibilia cōsequuntur his qui ponūt ifinitū oīo nō eē: sic̄ ex ṗmissis p3. ⁊ ēt his qui ponūt infi^m eē multa accidūt ipossibilia: vt ex ꝯsequētib⁹ rōnib⁹ patebit. Est ēt dubitatio qualr̄ ifi^m sit: vtrū. s. sit aliqd per se exn̄s: sicut quedā suba: vel sic̄ aliqd̄ accn̄s per se ꝯueniēs alicui nāe: aut neutro mō sit. s. neqȝ per se exn̄s sicut suba: neqȝ sicut accn̄s per se. S; nihilomin⁹ siue accidēs est aliqd̄ infinitū cōtinuū. ⁊ aliq̄ infinita s̄m multitudinē. sed maxime ꝑtinet ad ꝯsiderationē phi nālis: si est aliqua magnitudo sensibilis infinita. nā magnitudo sensibilis est magnitudo nālis. ¶ Scdo ibi.

¶ Atqȝ ṗmū determinandū est quot modis dicit̄ ifinitū. Uno itaqȝ mō dicit̄ ifinitū qd̄ ipossibile est pertrāsire: ex eo q2 nō est aptū vt per ipm transitio fiat: perinde atqȝ vox inuisibilis dici solet. Alio mō id dicit̄ infinitū: qd̄ h3 sine fine transactionē. Aut qd̄ vix aut qd̄ aptū est qdē habere: nō h3 tn̄ transactionem vel finē. Preterea infinitum omne: aut in appositione: aut in diuisione: aut in vtrisqȝ consistit.

¶ Primū ergo determinādū quot modis dicit̄ infinitū. Uno qdē igit̄ mō ꝙ ipossibile est transiri: ex eo ꝙ nō est aptū trāsiri: vt est vox inuisibilis. Aliter aūt trāsitū hn̄s incōsumabilē: aut qd̄ vix: aut qd̄ aptū natū est habere: nō tn̄ h3 trāsitū aut finē. Amplius infinitū esse: aut s̄m apposi-

tionem aut ẜm diuisionem: aut vtroqȝ modo.

¶ Ondit quot modis dī īfinitū. ⁊ põit duas diuisiões īfiniti: quaꝝ pͣma ē cõis īfiniti ⁊ oīb⁹ p̄uatiue dcīs. Nā sic inuisibile dicit̄ tripl'r: qḋ vl' nõ est aptū natū videri vt vox: q̄ nõ ē de gñe visibiliū: vl' qḋ male videt̄: sic qḋ videt̄ in obscuro aut a remotis: vl' qḋ natū ē videri ⁊ nõ videt̄: sic qḋ est oīno in tenebris. Sic igit̄ ⁊ vno mõ dī īfinitū qḋ nõ est natū trāsiri. nā īfinitū idē est qḋ ītrāsibile: ⁊ h̄ est. q: est de genere nõ trāsibiliū: sic īdiuisibile: vt pūctum ⁊ forma: p q̄ṁ ēt modū dī vox īuisibilis. Alio mõ dī īfinitū qḋ q̄tū est de se trāsiri põt: s; ei⁹ trāsit⁹ nõ põt pfici a nobis: sic si dicat̄ pfunditas maris eē īfinita. Uel si põt pfici: tn̄ vix ⁊ cū difficultate. Sic si dicam⁹ ꝙ iter vsqȝ in indiā est īfi͡m. Et vtrūqȝ istoꝝ ptinet ad hoc qḋ est eē male trāsibile. Tertio mõ dī infi͡m qḋ est natū trāsiri q̄si de genere trāsibiliū existēs: qḋ tn̄ nõ h; transitū ad finē: vt si eēt aliq̄ linea nõ hñs terminū: vel q̄cūqȝ alia q̄titas. Et sic pprie dī infi͡m. Aliā diuisionē ppriā infiniti ponit ibi [Amplius aūt infinitū.] Dicēs ꝙ infinitū dicitur vel per appositionē sicut in nūeris: aut ẜm diuisionē. sic in magnitudinibus: aut vtroqȝ mõ: sicut in tēpore. ¶ Tertio ibi.

T.c.35. ¶ Sepabile igit̄ a sensibilib⁹ īfinitū eē nõ põt: qḋ qdē ipsuȝ sit īfinitū. Nā si īfinitū ip̄m neqȝ magnitudo sit: neqȝ multitudo: s; substātia ⁊ nõ accidēs: īdiuisibile erit pfecto. Diuisibile. n. aut magnitudinē aut multitudinē eē ɔstat. Si v̄o īdiuisibile sit: infinitū nõ erit: nisi pinde atqȝ vox est īuisibilis. At neqȝ illi q dicūt infinitū eē: ip̄m hoc pacto ponūt: neqȝ nos q̄rimus si sit idētidē ip̄z: s; vt h; sine fine trāsactionē. Ex si īfinitū per accñs sit: nõ hoc elemētū erit eoꝝ q̄ sunt: quo est īfinitū: queadmodū nec ipsuȝ inuisibile locutiõis est elementum: ⁊ tamen vox est inuisibilis.

T.c.36. ¶ Separatū qdē igit̄ eē īfinitū a sensibilib⁹ ipsum aliqd ens īfinitū: īpossibile est. Si nāqȝ neqȝ magnitudo neqȝ multitudo est: suba aūt ipsuȝ infinitū: ⁊ nõ accidēs: īdiuisibile erit. Diuisibile. n. aut magnitudo aut multitudo erit. Si aūt īdiuisibile est: nõ īfinitū est: nisi sic vox īuisibilis. S; neqȝ sic dicūt affirmātes eē īfinitū: neqȝ nos q̄rimus: s; sic ītrāsibile. ¶ Si aūt ẜz accñs est īfinitū: nõ erit vtiqȝ elemētū eoꝝ q̄ sūt ẜz qḋ ē īfinitū: sic neqȝ īuisibile locutiõis: q̄uis vox sit īuisibil'.

¶ Ponit rõnes ad excludēdū īfinitū. Et p̄ ad excludēdū infi͡m sepatū qḋ platõici posuerūt. Scḋo ad excludēdum infi͡m a reb⁹ sensibilib⁹. ibi [Rõnabilr qdē igit̄.] Circa p͡m põit tres rõnes: circa q̄rū pͣmā dīc ꝙ īpossibile est eē īfinitū sepatū a sensibilibus: ita ꝙ ip̄m infi͡m sit aliqd per se existēs: sic platõici posuerūt. Quia si ponit̄ infi͡m eē aliqd sepatū: aut h; aliquā q̄titatē. s. cõtinuā: q̄ est magnitudo: aut discretā q̄ est multitudo: aut nõ. Si autē est suba sine accidēte qḋ est magnitudo siue multitudo, op; ꝙ īfinitū sit īdiuisibile q: oē diuisibile: vel est nūerus: vel magnitudo. Si aūt aliqd est īdiuisibile nõ erit infi͡m: nisi pͣmo mõ. s. put dī aliqd infi͡m: qḋ nõ est aptū natū trāsiri: sicut dī vox īuisibilis. S; hoc est p̄ter intētionē p̄rīs qõnis: q̄ querim⁹ de īfinito ⁊ p̄ter ītētionē eorū q posuerūt infi͡m. nõ. n. ītēderūt ponē infi͡m sic īdiuisibile: s; sic ītrāsibile. s. qḋ natū est trāsiri: ⁊ nõ h; trāsitū. Si v̄o infinitū nõ sit solū suba: s; ēt habeat accidēs qḋ est magnitudo ⁊ multitudo cui cõpetit infi͡m: ⁊ sic īfinitū insit sube ẜz illud accñs: nõ erit infi͡m īquātū huiõ p̄ncipiū eoꝝ que sunt: sic antiq posuert. Sic & nõ dicim⁹ īuisibile eē p̄n͡m locutiõis: q̄uis accidat vocē q̄ ē p̄n͡m locutiõis. ¶ Scḋaȝ rõnē ponit ibi.

¶ Preterea quoniā pacto qppiā ip̄m īfinitū eē põt: si neqȝ nūerus neqȝ magnitudo p se eē põt: quoꝝ per se affect⁹ qdā ip̄m est īfinitū. Minus. n. ipsuȝ per se q̄ magnitudinem aut numerum esse necesse est.

¶ Amplius q̄ɱ ɔtinget aliqd eē ipsum infinitū si vere nõ est ⁊ ẜm numerum ⁊ magnitudinē: quoꝝ est per se passio q̄dā īfinitū. Adhuc. n. minus necesse est esse q̄ ẜm nūeꝝ ⁊ magnitudinē.

¶ Et est ratio. Min⁹ est sepabile ⁊ p se existēs passio q̄ subs. Sed īfinitū est passio magnitudinis ⁊ nūeri: s; magnitudo ⁊ nūerus nõ p̄nt separi ⁊ per se existere: vt ī metaphysica pbatū est. g neqȝ infinitū. ¶ Tertiā rõnē ponit ibi.

¶ Perspicuū ēt est īfinitū sic eē nõ posse vt actu sit: ⁊ vt substātiā p̄ncipiūue: nā īfinitū erit qcqd ipsius acceperis si h; ptes. Est. n. idē eē īfiniti ac īfinitū. vt p;: si īfinitum substātia sit ⁊ nõ in subiecto. Quare sit vt ipsuȝ: aut īdiuisibile sit: aut in īfinita sit diuisibile. At fieri neqt vt idē multa sit infinita. At v̄o vt ps aeris aer est: sic ⁊ īfiniti ⁊ ps q̄uis īfinitū: si substātiā q̄daȝ ⁊ p̄ncipiū sit: vti dicūt. Uacat igit̄ ptib⁹ atqȝ īdiuisibile est. At eē nõ põt id tale qḋ actu ē īfinitū. Necesse est. n. ip̄m q̄tū qd eē. Per accñs igit̄ īfinitū ip̄m eē videt̄. Qḋ si ita sit: dictū iā est antea nõ posse ip̄z p̄ncipiū dici. S; illud cui accidit: vt aerē: aut par. Quare absurde dicūt pfecto: q tale illud eē cēsent: vt pithagorici dicūt. Nā substātiā faciūt ipsuȝ: ⁊ simul ēt ptiunt̄. Uerū hec qdē forsitā inq̄sitio vl'is ē magis: si possit inqȝ īfinitū ⁊ in mathematicis ⁊ in itelligibilibus ⁊ ī hisce q̄ nullā hñt magnitudinē eē. Nos aūt si sit in sensibilib⁹: de qb⁹ doctrinā facim⁹ īfinitū corp⁹ in cremento necne consideramus ac perscrutamur.

T.c.37. ¶ Manifestū aūt est ꝙ nõ ɔtingit īfinitū eē sicut actu eē: ⁊ sicut subaȝ ⁊ p̄ncipiū. Erit. n. qḋlibet ipsi⁹ acceptū īfinitū si ptibile ē. Infinito. n. eē ⁊ infinitū idē ē: si suba īfinitū ē: ⁊ nõ de subiecto. Quare aūt īdiuisibile ē: aut in īfinita diuisibile. Multa aūt īfinita eē idē: īpossibile ē. At v̄o sic aeris aer ps ē: sic ⁊ īfiniti īfinitū: siqdē suba ē ⁊ p̄ncipiū īpartibile. igit̄ ⁊ īdiuisibile ē. S; īpossibile ē eē actu īfinitū. Q̄titatē. n. aliquā necesse est eē.

T.c.38. ¶ Scḋoȝ accñs g ē īfinitū. S; si sic est: dictū ē ꝙ nõ ɔtingit ipsum dicē p̄ncipiū: s; illud cui accidit. vt aerē. aut par. Quare icõuenienter vtiqȝ enūtiāt idē dicētes sic pithagorici dicunt.

T.c.39. Simul. n. subaȝ faciūt īfinitū: ⁊ ptiunt̄. ¶ Sed fortassis hec qdē ē vl'is qḋ magis: si ɔtingit ī mathematicis īfinitū eē ⁊ itelligibilib⁹ ⁊ ī nullā hñtib⁹ magnitudinē. Nos aūt ītēdim⁹ de sensibilibus: ⁊ de qbus facim⁹ sciaȝ: vtrū in ipsis est aut non est corpus infinitum in augmentum.

¶ Et dīc mani͡m eē ꝙ nõ põt poni ꝙ īfi͡m sit in actu: ⁊ ꝙ sit sic suba q̄d ē: ⁊ sic p̄n͡m reꝝ. Aut. n. īfi͡m erit ptibile: aut īpartibile. Si qdē erit ptibile: nec̄e ē ꝙ q̄libet ps ei⁹ sit īfi͡m: si īfi͡m ē suba. q: si īfi͡m ē suba: ⁊ nõ dī de aliquo subo vt accñs oportebit ꝙ idē sit īfi͡m [⁊ īfinito eē] . i. eentia ⁊ rõ īfiniti. Nõ. n. idē ē id qḋ ē albū ⁊ rõ albi. s; id qḋ ē hõ ē h̄ qḋ est natura

natura bois. vñ oportebit q̃ si ĩfinitũ sit suba aut sit idi/
uisibile: aut diuidat̃ i ptes ĩfinitas: qð ẽ ipole: qz ex mltis
infinitis cõponi aliqd idẽ ẽ ipole: qz oporteret ĩfinitũ ter
minari ad aliud ĩfinitũ. Appet ẽt nõ solũ ex rõne: sz ẽt ex
silitudie. qz si ĩfinitũ sit suba τ diuidit̃: opz q̃ q̃libz ps ei⁹
sit ĩfinitũ. Sic. n. q̃libet ps aeris ẽ aer: ita τ q̃libet ps ĩfini
ti erit ĩfinita: si ĩfinitũ sit suba τ pn̄ᵐ. Quia si sit pn̄ᵐ opz
infinitũ eẽ subaz simplicẽ nõ cõpositã ex ptib⁹ difformi/
bus: sic bõ cui⁹ nõ q̃libet ps ẽ bõ. Cũ g̃ ipole sit alicui⁹ ĩfi/
niti q̃libet ptẽ eẽ ĩfinitã. opz q̃ ĩfinitũ sit ipartibile τ idi/
uisibile. Sz illð qð ẽ idiuisibile nõ põt eẽ ĩfinitũ in actu:
qz qð ẽ ĩfinitũ i actu ẽ q̃ntũ: τ oẽ q̃ntũ ẽ diuisibile. Seqt̃ g̃
q̃ si ẽ ĩfinitũ in actu nõ sit sic suba: sz rõne accidẽtis qð ẽ
q̃titas. Et si h̃ sit ĩfinitũ: nõ erit pn̄ᵐ. sz illð cui accidit ĩfi
nitũ: siue illð sit aliq̃ suba sẽsibil: vt aer. sic posuerũt pħi
nãles. siue sit aliq̃ suba itelligibilis: vt par: sic pithagorici
posuerũt. Vñ manĩ⁹ ẽ q̃ icõuenienter dixerũt pithagorici po
nẽtes ĩfinitũ eẽ subaz: τ simul cũ hoc ponẽtes ipsũ eẽ di/
uisibile: qz sequit̃ q̃ quelibet ps eius sit ĩfinita: qð ẽ ipole
vt supra dcm̃ est. Ultio aũt dicit q̃ ista qð q̃ ẽ an ĩfinitũ
sit in mathematicis q̃titatib⁹ τ in reb⁹ itelligibilibus nõ
hñtib⁹ magnitudinẽ: est magis vl'is q̃ sit pñs ɔsideratio.
Nos. n. itẽdimus ad pñs de rebus sensibilibus de quibus
tradimus sciam nãle: vtrũ in ipsis sit corpus infinitũ in
augmẽtũ: vt antiq nãles posuerũt. LEC. VIII.

¶ Si igit̃ differẽdi mõ ɔsiderabim⁹: ex hisce videbit̃
infinitũ nõ eẽ. Nã si rõ corpis est supficie terminatũ
eẽ: nõ erit ĩfinitũ vllũ aut itelligibile aut sensibile cor
pus. At võ neq̃ nũerus ita vt separ⁹ ac ĩfinit⁹. Nu/
merus enim ois τ id qð numerũ hz: numerabile est.
Si igitur fieri potest vt ipsum numerabile numeret̃:
τ infinitum quispiam poterit pertransire.

T.c.40. Rationabilit' qdẽ igit̃ speculãtib⁹ ex hui⁹
videbit̃ nõ esse vtiq̃z. Si. n. ẽ corpis rõ
qð plãitie determiatũ est: nõ erit vtiq̃z
corp⁹ ĩfinitũ: neq̃z itelligibile: neq̃z sen-
T.c.41. sibile. ¶ At võ nec nũer⁹ sic est sicut separ⁹ τ ĩfi
nitus. Numerabile. n. numerus est: aut habens
numerũ. Si ergo numerabile possibile est nũe/
rari: τ transiri vtiq̃z possibile erit infinitum.

Postq̃ pħs remouit opinionẽ antiquoꝝ q̃ de ĩfini
to nõ nãliter loquebant̃: hic ondit nõ eẽ ĩfi
nitũ sic pħi nãles ponebãt. Et p̃ h̃ ondit p rõnes logicas.
Scðo p rõnes nãles ibi [Phisice aũt magis.] Dicũt̃ aũt
prime rationes logice: non qz ex terminis logicis logice
procedant: sed qz logico modo procedũt. s. ex cõmunibus
τ probabilibus: qð ẽ ppriũ syllogismi dialectici. Ponit g̃
duas logicales rõnes: in quaꝝ pma ondit̃ q̃ nõ sit aliqð
corp⁹ ĩfinitũ. Diffinitio. n. corpis ẽ q̃ sit determiatũ [plãi/
tie] i. supficie: sic diffõ linee est q̃ ei⁹ termini sint pũcta.
Nullũ aũt corp⁹ determiatũ supficie est ĩfinitũ. g̃ nullũ
corp⁹ est ĩfinitũ: neq̃z sẽsibile qð ẽ corp⁹ nãle: neq̃z itelligi
bile qð ẽ corp⁹ mathematicũ. Qð g̃ dicit [rõnabilit'.] expo/
nẽdũ ẽ logice. Nã logica di rõnalis pħia. ¶ Scða rõ on/
dit q̃ nõ sit ĩfinitũ mltitudie. Oẽ. n. numerabile ɔtingit
nũerari τ p ɔñs nũerãdo trãsiri. Ois aũt nũer⁹ τ oẽ qð hz
nũerũ ẽ nũerabile: g̃ oẽ hui⁹ ɔtigit trãsiri. Si igit̃ aliqs
nũerus siue separ⁹ siue i sensibilib⁹ exñs sit ĩfinit⁹: sequet̃
q̃ pole sit trãsire infinitũ: qð ẽ ipole. ¶ Attẽdẽdũ aũt q̃
iste rõnes pbabiles sũt pcedẽtes ex his q̃ cõiter dicunt̃:
nõ aũt ex necitate ɔcludũt: qz q̃ põeret aliqð corp⁹ eẽ ĩfi
nitũ nõ ɔcederet q̃ de rõne corpis eẽt termiari supficie:
nisi forte sm potẽtiã: q̃uis h̃ sit pbabile τ famosũ. Sũt

qui diceret aliq̃ mltitudinẽ eẽ ĩfinitã: nõ diceret eã esse
nũeꝝ: vl nũeꝝ hñs. Addit. n. nũerus sup mltitudinẽ rõnẽ
mẽsurationis. Est. n. nũer⁹ mltitudo mẽsurata p vnũ: vt di Lec. 9. t. c. 26
in. 10. meta. Et pp h̃ nũer⁹ põit̃ spẽs q̃titatis discrete: nõ
aũt multitudo: sed est de trãscẽdẽtibus. ¶ Scðo ibi.

¶ Sz si magis nãliter cõtẽplabimur ex hisce q̃ deīn-
ceps dicent̃: nullũ ĩfinitũ corp⁹ in rõne reꝝ eẽ videbi
tur. Nec. n. cõpositũ eẽ põt nec simplex. Cõpositũ igit̃
corp⁹ nullũ ẽ ĩfinitũ: si elemẽta multitudie sint finita:
necesse ẽ. n. τ plura eẽ: τ eq̃litatẽ iter ɔ̃ria semp eẽ: τ
vnũ ipsoꝝ ĩfinitũ nõ eẽ. Nã si ignis qdẽ sit finit⁹: aer
aũt ĩfinit⁹: quãq̃ vni⁹ corpis vis ĩferior ẽ alteri⁹ vi:
atq̃ ps ignis eq̃lẽ aeris ptẽ vi supat mõ excessus ali
quẽ subeat nũeꝝ. Tñ ĩfinitũ corp⁹ supabit vt pz: atq̃
finitũ sane corrũpet. Nec vnũqðq̃ ĩfinitũ eẽ põt. Nã
corp⁹ qdẽ ẽ: qð oi ex pte dimẽsionẽ hz. Infinitũ aũt
qð sine fine ẽ extẽsũ dimẽsiõe. Quib⁹ fit vt infinitũ
corp⁹ p oẽm sit dimẽsionẽ in ĩfinitũ extẽsum. At võ
neq̃z põt ĩfinitũ corp⁹ vnũ ac simplex eẽ: aut simpl'r:
aut vt qdã inqunt: id qð ẽ p̃ter elementa: ex quo hec
generãt. Sũt. n. q hoc faciũt ĩfinitũ: sed nõ aerẽ: aut
aquã ne ab ĩfinito cetera corrũpant̃. Hñt. n. inter se
ɔ̃rietatẽ: qppe cũ aer frigidus: aq̃ humida: τ ignis cali-
dus sit. Quoꝝ si vnũ eẽt ĩfinitũ: cetera iã fuissent cor
rupta. Nũc aũt alið ĩfinitũ inqũt eẽ: ex quo hec fiũt.
At ipole ẽ nõ solũ ĩfinitũ h̃ eẽ (de hoc. n. cõe qd ẽ di
cẽdũ de oi silr: τ aere: τ aq̃: τ quouis alio simplici) sz
etiã eẽ tale corp⁹ sensibile: p̃ter ea corpa q̃ elemẽta
vocant̃. Oia nãq̃z in id dissoluunt̃: ex quo fiũt τ con
stãt. Quare p̃ter aerẽ: ignẽ: terrã: τ aquã: corp⁹ hoc
alið eẽt. At nullũ eẽ videt̃. Neq̃z igit̃ ignis: neq̃z alið
q̃cq̃ elemẽtoꝝ ĩfinitũ eẽ põt. Oino. n. τ absq̃z hoc eẽ
inq̃ ipsoꝝ aliqd ĩfinitũ ipossibile est ipm vniuersũ
aut eẽ: aut fieri vnũ qd ipsoꝝ: si sit ẽt infinitũ: p inde
vt Heraclitus asserebat. Oia dicẽs tãdẽ fieri ignez.
Eadẽ τ ad illud vnũ accõmodabit̃: qð p̃ter elemẽta
naturales philosophi faciũt: omne enim ad ɔ̃trariũ
ex ɔ̃trario: vt ad frigidũ ex calido solet mutari.

¶ Physice aũt magis ɔsiderãtib⁹ ex his mãife/ T.c.42.
stũ erit. Neq̃z. n. cõpositũ possibile est eẽ ĩfinitũ
neq̃z simplex. Cõpositũ qdẽ igit̃ nõ erit ĩfinitũ
corp⁹ si finita elemẽta sunt multitudie. Necesse
est. n. plura eẽ τ eq̃re ɔ̃ria sp: τ nõ eẽ vnũ ipsoꝝ
infinitũ. Si nãq̃z q̃tũcũq̃z deficiat q̃ i vnoquo
q̃z corpe ẽ potẽtia a potẽtia alteri⁹: vt si ignis fi-
nit⁹ sit: aer aũt ĩfinit⁹. Est aũt eq̃lis ignis eq̃li ae-
ri in potẽtia q̃tiẽscũq̃z duplicat⁹: solũ aũt numeꝝ
quẽdã hñs: tũc manifestũ q̃ ĩfinitũ excellit τ cor
rũpit finitũ. ¶ Unũqðq̃z aũt ĩfinitũ eẽ ipole ẽ: T.c.43.
corp⁹. n. ẽ penit⁹ hñs dimẽsionẽ. Infinitũ aũt i-
determiate distãs ẽ. Quare ĩfinitũ corp⁹ vbiq̃z
distãs erit in ĩfinitũ. At võ neq̃z vnũ ɔuenit ĩfi/ T.c.44.
nitũ corp⁹ eẽ τ simplex: neq̃z sic dicũt qdã: q̃ ex
elemẽta ẽ: ex quo alia generantur: neq̃z simpl'r.
Sũt. n. qdã qui hoc faciũt ĩfinitũ: sz nõ aerẽ: aut
aquã: q̃tin⁹ nõ alia corrũpant̃ ab ĩfinito. Hñt. n.

adiuicē ɔ̃rietatē: vt aer qdē būidus: aq̄ aūt frigida: ignis vō calidus: quoꝝ si eēt vnū ifinitū: corrūperenť vtiqꝫ iā alia. Nūc aūt dicūt alteꝝ eē: ex
T.c.45. quo hec sūt. ℂ Impossibile ē aūt eē aliqđ corpꝰ
huiꝰ ifinitū. De h.n. cōe qddā dicēdū ē: ꝛ de oī
siłr ꝛ aere ꝛ aq̄ ꝛ quolꝫ. Sꝫ prio dicēdū φ nō ē
huiꝰ corpꝰ sensibile eē̄ notata elemēta. Oē nāqꝫ
ex quo ē ꝛ resoluiť i h. Quare eēt vtiqꝫ h corpꝰ
pter aerē ꝛ ignē ꝛ terrā ꝛ aquā. Videť aūt nul-
T.c.46. lū huiꝰ. ℂ Neqꝫ igiť ignē neqꝫ alioꝝ elemētoꝝ
nullū ɔ̃tingit ifinitū eē aliqđ. Oino.n. ꝛ pter id
qđ ifinitū sit aliqđ ipoꝝ: ipoſſe eē: si tñ ifinitū sit:
aut eē: aut fieri vnū aliqđ ipoꝝ: sic dic Heracli-
T.c.47. tꝰ oia fieri aliqñ ignē. ℂ Eadē aūt rō ē ꝛ de vno
ꝛ de alio qđ faciūt eē̄ elemēta physici. Oē nāqꝫ
mutať ex ɔ̃rio in ɔ̃trariū: vt ex calido in frigidū.

Notabile ℂ Inducit rōnes nāles ad oñdēdū φ nō sit corpꝰ ifinitū in actu. Circa qđ ɔ̃siderādū est: φ qꝛ Arꝰ. nōdū pbauerat corpꝰ celeste eē alteriꝰ eēntie a q̄tuor elemētis: opio autē cōis suo tpe fuerat φ eēt de nā q̄tuor elemētorū: pcedit in his rōnibꝰ ac si nō eēt aliđ corpꝰ sensibile eē̄ q̄tuor elemēta: sm suā ɔ̃suetudinē: qꝛ semp añq̄ pbet id qđ est sue opiniōis: pcedit ex suppositiōe opiniōis alioꝝ cōis. Uñ
Tex.3.ꝛ
4.l.c.&. postq̄ pbauit in p̊ libro de celo ꝛ mūdo celū eē alterius nāe ab elemētis: ad vitatis certitudinē iterat ɔ̃sideratio nē de ifinito: oñdēs vlr φ nullū corpꝰ sēsibile est ifinitū. Hic aūt p̊ oñdit φ nō sit corpꝰ sensibile ifinitū. supposito φ sint elemēta finita multitudie. Scđo oñdit idē vlr ibi [Opꝫ aūt ꝛ de oī.] Dic ḡ p̊ φ pcedēdo nāliter. i. ex pncipys scie nālis: magis ꝛ certiꝰ ɔ̃siderari poterit φ nō sit corpus sensibile ifinitū ex his q̄ dicenť. Oē.n. corpꝰ sensibile aut ē simplex aut cōpositū. Prio ḡ oñdit φ nō sit corpus sensibile cōpositū ifinitū: supposito φ sint elemēta finita sꝫ mltitudinē. Nō.n. pōt eē φ vnū ipoꝝ sit ifinitū ꝛ alia finita: qꝛ ad cōpositionē alicuiꝰ corpis mixti reqriť φ sint plura elemēta. ꝛ φ ɔ̃ria aliquo mō adequenť: alias cōpositio pmanē nō posset: qꝛ illđ qđ eēt oino potētiꝰ destrueret alia: cū elemēta sint ɔ̃ria. Si aūt vnū elemētoꝝ eēt infinitū: nulla eq̄litas eēt alys finitis existibꝰ: qꝛ ifinitū improportionabilr excedit finitū. Nō ḡ h pōt eē φ vnū tñ coꝝ q̄ veniūt in mixtionē sit ifinitū. ℂ Posset aūt aliqs dicē φ illđ ifinitū eēt debilis vtutis in agēdo. ꝛ iō nō pōt vicē alia. s. finita q̄ sūt fortioris vtutis: vtpote si ifinitꝰ sit aer: ꝛ finitꝰ ignis. ℂ Et iō ad h remouēdū dic φ q̄tūcūqꝫ potētia vniꝰ corpis qđ poniť ifinitū deficiat a potētia alteriꝰ corpis qđ poniť finitū: vtpote si ignis sit finitus ꝛ aer ifinitꝰ: nēce ē tñ dicē: φ aer q̄tūcūqꝫ duplicatꝰ. i. sm aliquē nūeꝝ mltiplicatꝰ sit eq̄lis igni in potētia. Si.n. potētia ignis eēt cētuplo maior q̄ potētia aeris eiusdē q̄titatis: si aer cēturlet sꝫ q̄titatē: erit eq̄lis ei in poͣ. ꝛ tñ aer cētuplatꝰ ē mltiplicatꝰ sꝫ aliquē nūeꝝ determinatū: ꝛ vinciť a poͣ aeris ifiniti. Uñ maīfestū ē φ ēt poͣ ignis vinceret a poͣ aeris ifiniti. ꝛ sic ifinitū excellit ꝛ corrūpit finitū: q̄tūcūqꝫ potētioris nāe videať. Siłr ēt non pōt eē φ qđlibet elemētoꝝ ex qbꝰ cōponiť corpꝰ mixtū sit ifinitū: qꝛ de rōne corpis ē φ hēat dimēsiōes in oēs ptē: nō in lōgitudinē tñ vt linea: neqꝫ in lōgitudinē ꝛ latitudinē solū vt supficies. De rōne aūt ifiniti ē φ hēat distātias seu dimēsiōes ifinitas. ḡ de rōne corpis ifiniti ē φ hēat dimēsiōes ifinitas in oēs ptē: ꝛ sic nō pōt eē φ ex plibꝰ corpibꝰ infinitis aliqđ vnū cōponať: qꝛ qđlibet occupat totū mūdū: nisi poñanť duo corpa eē sił: qđ ē ipoſſe. Sic igiť oñso

φ corpꝰ cōpositū nō pōt eē ifinitū: oñdit vlteriꝰ φ nec ēt corpꝰ simplex: neqꝫ vnū elemētoꝝ: neqꝫ aliqđ mediū iter ea: vt vapor ē mediū iter aerē ꝛ aquā. Quidā.n. posuerūt hoc eē pncipiū: ex eo alia generari dicētes. ꝛ h dicebāt eē infinitū. nō aūt aerē aut aquā aut aliqđ alioꝝ elemētoꝝ: qꝛ ɔ̃tigeret alia elemēta corrūpi a quocūqꝫ ipoꝝ qđ ifinitū poneret. qꝛ elemēta hñt ɔ̃rietatē adiuicē: cū aer sit hūidus: ignis calidꝰ: terra sicca. vñ si vnū hoꝝ eēt ifinitū corrūperet alia: cū ɔ̃riū natū sit corrūpi a ɔ̃rio. ꝛ iō dicūt aliqd aliud ab elemētis eē ifinitū: ex quo sic ex pnͦ elemēta causanť. Hāc aūt pōnē dic eē ipoſſe: nō solū q̄tū ad h φ dic tale corpꝰ mediū eē ifinitū: qꝛ de h dicet cōis qdā rō tā de igne ꝛ aere ꝛ aq̄: q̄ ēt de corpe medio. Sꝫ ex h ipso ēt ē ipoſſis pdcā positio: qꝛ pōit aliqđ pnͫ elemētare pter q̄tuor elemēta. Nō.n. iueniť aliqđ corpꝰ sēsibile pter ea q̄ dicunť elemēta. s. aerē aquā ꝛ hmōi. Sꝫ h oporteret si aliqd aliđ pter elemēta vēiret in cōpositionē istoꝝ corpoꝝ. Unūqđqꝫ.n. cōpositū: resolviť i ea ex qbꝰ cōpositū ē. Si igiť aliqd aliđ vēiret in cōpositionē istoꝝ corpoꝝ q̄ hec q̄tuor elemēta: seq̄reť φ hic apud nos iueniret aliqđ corpus simplex pter ista elemēta p resolutionē istoꝝ in elemēta. Sic igiť pꝫ φ positio pmissa falsa ē q̄tū ad h φ posuit aliqđ corpꝰ simplex pter elemēta nota. Ulteriꝰ ḡ oñdit cōi rōne φ nullū elemētoꝝ possit eē ifinitū: qꝛ si aliqđ elemētoꝝ eēt ifinitū ipoſſe eēt totū vniuersuꝫ eē aliđ nisi illđ elemētū: ꝛ oporteret φ oia alia elemēta ɔ̃uerterētur in ipsuꝫ: vł iā eēnt ɔ̃uersa in ipsuꝫ: pp excellētiā vtutis ifiniti sup alia: sic Heraclitꝰ dic: φ qñqꝫ futuꝝ ē φ oia ɔ̃uertanť in ignē. pp excellētē ignis vtutē. Et eadē rō ē de vno elemētoꝝ: ꝛ de alio corpe: qđ faciūt qdā nāles eē̄ elemēta. Opꝫ.n. illđ aliud hēe ɔ̃rietatē ad elemēta: cū ex eo ponāt alia gñari. Mutatio autē nō fit nisi ex ɔ̃rio in ɔ̃riū: vt ex calido in frigidum: sicut supra ostensum est. Sic igitur ꝛ istud corpus mediū; ratione contrarietatis destruet alia elementa. liͦ.d.l.c.
t.c.47.

LEC. IX.

ℂ Atqꝫ ex his ēt de quouis considerare opꝫ: si possit necne ifinitū eē sensibile corpꝰ. Ex his aūt patebit infinitū sensibile corpꝰ in rōne rerū eē oino nō posse.

Oportet aūt de oī ex his cōsiderare: si ɔ̃tigat aut nō ɔ̃tigat corpꝰ ifinitū eē sēsibile. ℂ Qđ āt oino ipossibile sit corpus ifinitū eē sēsibile ex his maīfestū. T.c.48.

Postq̄ Phs oñdit nō eē corpꝰ sēsibile ifinitū scđm suppositiōe φ sint elemēta finita. Hic oñdit idē simplr absqꝫ oī suppositione. Et pmo dicit de quo est intētio. Scđo exequiť ppositū ibi [Aptū eniꝫ natū est.] Dicit ergo pmo φ ex his que cōsequunť opꝫ cōsiderare de oī corpe vniuersaliter: nulla suppositiōe facta: si cōtingat qđcūqꝫ corpus nāle esse infinituꝫ. Et ex sequentibus rationibus manifestum fiet φ non. ℂ Scđo ibi.

ℂ Oē nāqꝫ sensibile corpꝰ aptū est alicubi eē: atqꝫ locus est qdā cuiusqꝫ: ꝛ idē est totius ac partis: vt totius terre vniusqꝫ glebe: ꝛ ignis item atqꝫ scintille.

ℂ Aptū.n. natū est oē sensibile alicubi eē ꝛ locꝰ aliqs est vniuscuiusqꝫ: ꝛ idē partis ꝛ ois est: vt totius terre ꝛ vnius glebe: ꝛ ignis ꝛ scintille.

Quadruplici rōne ℂ Oñdit ppositū q̄tuor rōnibꝰ. Scđa icipit ibi [Oino aūt manifestū.] Tertia ibi [Ampliꝰ oē corpus sensibile est.] Quarta ibi [Simplr aūt ꝛ si ipoſſe.] Circa pmā rōnē tria fac. Prio psupponit q̄dā necessaria ad rōnē. Scđo ponit rōnē ibi [Quare si qdē eiusdē spēi.] Tertio excludit q̄dā falsaꝫ opinionē. ibi [Anaxagoras aūt icōuenienter.] Premittit ḡ tria: quoꝝ pͦ est: φ oē corpus sensibile hꝫ aptitudinē

Tria supponit

dinē nālē vt sit i aliquo loco. 2ᵐ ē q̄ cuilibet corpori nālī cōuenit aliqs loc⁹ locoꝝ qui sunt. Tertiū est q̄ idē est locus nālis ptis: ꝛ totius: sicut totius terre ꝛ vni⁹ glebe: ꝛ totius ignis: ꝛ vni⁹ scintille. Et hui⁹ signū ē q̄ in q̄cūq3 pte loci toti⁹ ponaꝝ pars corporis quiescit ibi. ℂ Scđo ibi.

ℂ Quare si infinitū ptiū sit similiuz: imobile erit: aut semp ferreꝝ. At id fieri neqt: cur. n. deorsū magis q̄ sursuz aut ad quēuis locū mouebiꝝ. Dico āt si sit gleba: quorsuz hec mouebiꝝ: aut vbi manebit. Corp⁹. n. eiusdē forme loc⁹ est ifinitus: occupabit ne igiꝝ totū locū. At q̄Ɵo fieri pōt. Que nā igiꝝ ipsi⁹ qes: aut vbi nam erit: ꝛ quis preterea motus: an vbiq3 manebit: non ergo motu ciebitur. An omnem ad locum mouebitur: nō ergo quiescet inq̄ ac stabit. Sin v̄o sit dissimiliū ptiū: dissilia ēt erūt ꝛ ipsa loca. Atq3 p̄mo q̄dē ipsi⁹ vniuersi corp⁹ nō erit vnū nisi tactu. Deinde ptes aut sūt ifinite spē: aut finite. At finite nequeunt eē. Erūt. n. alie q̄dē ifinite: alie v̄o nō ifinite. Si vniuersū ē ifinitū: ignis inq̄ vel aq̄. Tale aūt corruptio est 3rijs ipsis: vt antea diximus: ꝛ ob h̄ nēo nāliū ifinitū ipsum vnūq̄ ignē aut terrā fecit: sed aut aerē: aut aquā: aut id q̄d iter ipsa mediū collocarūt: q̄m illorū quidē loc⁹ māifeste erat determiatus atq3 distictus. Hec aūt vtroq3 i loco in supo inq̄ ac infero eē p̄st. At neq3 ēt ifinite: nā si sint ifinite ac simplices: ꝛ loca erūt ifinita ꝑfecto: ꝛ ifinita ēt elemēta. Q̄d si hoc eē neq̄at: sintq3 ipsa loca finita: ꝛ totū ip̄m finitū eē necesse ē. Fieri nāq3 nō pōt: vt nō eq̄ sint loc⁹: ꝛ corpus. Neq3. n. loc⁹ maior eē pōt q̄ ipsuz corpus: neq3 corpus maius q̄ ipse locus. Nam aut vacuuz aliqd erit: ꝛ corpus insuper infinitum non erit. Aut corpus quippiam erit q̄d nusq̄ aptum est esse.

ℂ Quare siq̄dez sit eiusdē spēi: aut imobile erit: aut semp mouebiꝝ. Et ipoſe ē. Quid. n. magis deorsuz aut sursū aut alicubi. Dico aūt vt si gleba sit alicubi: ipsa vbi mouebiꝝ aut vbi mācbit. loc⁹. n. ifinitus erit sibi ꝛ cognati sibi corporis. Utrū igiꝝ 3tinebit totū locū ꝛ q̄Ɵo. Que igiꝝ ꝛ vbi mansio ꝛ mot⁹ ipsi⁹: aut vbiq3 manebit. Nō ergo mouebiꝝ. Aut si vbiq3 mouebiꝝ. Nō ergo stabit. ℂ Si aūt dissimile est oē: dissimiles ꝛ loci sunt: ꝛ primū q̄dē nō vnū corp⁹ ois est: s3 aut in tāgēdo. Postea aut finita hec erūt: aut ifinita spē. Et finita q̄dē nō eē p̄st. Erūt. n. alia q̄dē finita: alia v̄o nō si oē ifinituz ē. vt ignis aut aqua. Corruptio aūt hui⁹ in 3rijs cēt: sic dcm̄ ē prius. Et pp̄ h̄ nullus vnū ꝛ ifinitū ignē fac̄: neq3 terrā physiologoꝝ: s3 aut aerē: aut aquā: aut ipsoꝝ mediū: q2 loc⁹ vniuscuiusq3 manifestus erat ꝛ determinatus. Hec aūt terminanꝝ ad duas ptes sursuz ꝛ deorsuz. Si aūt ifinita ꝛ simplicia sūt: ꝛ loci ifiniti ꝛ elemēta ifinita erūt. Si autē hoc impoſe est: ꝛ loci finiti sunt: totū finitū eē nec̄e est. Impoſe. n. ē nō cōparare locū ꝛ corp⁹. Neq3. n. loc⁹ ois maior est: q̄ q̄tūcūq3 3tingit corpus simul eē. Simil̄r aūt neq3 ifinitū erit corp⁹: neq3 corpus maius q̄ locus. Aut. n. vacuū erit aliquid: aut corpus nusq̄ aptū natum est esse.

Te 49.

ℂ Ponit rōnē q̄ talis ē. Si ponaꝝ aliq̄d corp⁹ ifinitū aut ops q̄ totū sit vni⁹ spēi cū suis ptib⁹: sic aq̄ vel aer: aut q̄ hēat ptes dissimiliū speꝝ: vt hō: aut plāta. Si hs oēs ptes vni⁹ spēi sequiꝝ s̄m p̄missa q̄ vl̄ sit total̄r imobile ꝛ nūq̄ moueaꝝ: aut q̄ semp moueaꝝ. quoꝝ vtrūq3 ē ipoſe: q2 per alteꝝ hoꝝ excluditꝝ qes: ꝛ p altēꝝ mot⁹ a rebus nālib⁹: ꝛ vtroq3 mō tolliꝝ rō nāe: cū nā sit p̄n̄ᵐ mot⁹ ꝛ qetis. Q̄ āt sequaꝝ q̄ sit vl̄ total̄r mobile vl̄ total̄r qetū: ꝑbat 3sequēter p h̄: q̄ nō eēt assignare rōnē: q̄re aliqd magis sursum aut deorsuz moueaꝝ: aut in q̄cūq3 ptē. Et h̄ māifestat p exēplū. Ponam⁹. n. q̄ totū illō corp⁹ ifinitū sile in ptib⁹ sit terra: nō erit assignare vbi aliq̄ gleba terre moueaꝝ: vl̄ vbi qescat: q2 q̄libet ptē loci ifiniti occupabit aliq̄d corp⁹ sibi cōnatū. i. eiusdē spēi. Nūqd igiꝝ pōt dici q̄ vna gleba moueaꝝ ad h̄ q̄ 3tiċat. i. q̄ occupet successiue totū locū ifinitū. sic sol moueꝝ vt sit i q̄libet pte çodiaci. Et q̄Ɵo poterit h̄ eē vt vna gleba terre ptrāseat p oēs ptes ifiniti loci. Nihil aūt moueꝝ ad ipoſe. Si igiꝝ ipoſe est q̄ gleba moueaꝝ ad occupādū totū locū ifinitū: vbi erit qes eius: ꝛ vbi mot⁹ ei⁹. Aut. n. op3 q̄ semp qescat: ꝛ sic nunq̄ moueaꝝ: aut q̄ semp moueaꝝ: ꝛ sic nūq̄ qescat. Si aūt detur alia ps diuisiōis. s. q̄ corp⁹ ifinitū hēat ptes dissimiles s3 spēm: sequiꝝ ēt q̄ dissimilia sint loca diuersaꝝ ptiū. Ali⁹ est. n. loc⁹ nālis aq̄: ꝛ ali⁹ terre. S3 ex hac positiōe sequiꝝ p̄io q̄ corp⁹ toti⁹ ifiniti nō sit vnū simpl̄r: s3 s̄m q̄d. s. s3 cōtactū. ꝛ sic nō erit vnū corp⁹ ifinitū vt ponebaꝝ. ℂ Et q2 posset aliqs nō reputare h̄ icōueniēs: subiūgit aliā rōnē 3 h̄: ꝛ dicit: q̄ si totū ifinitū cōponiꝝ ex dissimilib⁹ ptibus: nec̄e est q̄ hui⁹ ptes dissimiles s3 spē3: aut sint speꝝ finitaꝝ aut ifinitaꝝ s̄m nūeꝝ. Nō aūt pōt eē q̄ sint finitarū spērū: q2 oportebit si totū est ifinitū: q̄ q̄dā sint finita s̄m q̄titatē. ꝛ q̄dā ifinita. Aliter. n. ex finitis nūero nō posset cōponi ifinitū. Hoc aūt ponē: sequiꝝ q̄ illa q̄ sunt infinita corrūpāt alia pp̄ 3rietatē. vt p̄us dictū est in p̄cedēti rōne. Et iō ēt nullus antiquoꝝ nāliū phoꝝ vnū p̄n̄ᵐ q̄d dixit eē ifinitū posuit ignē vel terrā q̄ sunt extrema: s3 magis aquā vel aerē vel aliq̄d mediū: q2 loca istorū erāt manifesta ꝛ determiata. i. sursuz ꝛ deorsuz. Nō sic aūt est de alijs: s3 terra est deorsuz respectu coꝝ: ꝛ ignis sursum. Si v̄o aliqs accipiat aliā ptē. s. q̄ corpa ptialia sint ifinita s̄m spēm: sequiꝝ q̄ loca sint ēt infinita s̄m spēm: ꝛ q̄ elemēta sint ifinita. Si aūt h̄ est ipoſe: q̄ elemēta sint infinita vt in p̄mo ꝑbatū est. ꝛ q̄ loca etiā sint ifinita. cū nō sit possibile inuenire ifinitas spēs locoꝝ: nec̄e est q̄ totū corpus sit finitū. Et q2 3cluserat ex ifinitate corpoꝝ ifinitatem locoꝝ: subiūgit q̄ ipoſe est: nō cōparare corp⁹ ad locū: q2 nō pōt eē q̄ sit loc⁹ maior q̄ 3tingit eē corp⁹: neq3 corp⁹ pōt eē ifinitū: si loc⁹ nō est ifinit⁹: ꝛ neq3 corp⁹ pōt eē mai⁹ q̄ loc⁹ quocūq3 mō: q2 si loc⁹ sit maior q̄ corpus: sequiꝝ q̄ sit vacuū alicubi: aut si corp⁹ sit mai⁹ q̄ loc⁹: seqꝝ q̄ aliq̄ pars corporis nō sit in aliquo loco. ℂ Tertio ibi.

Ratio ra no principalis

Tex. ii. c. c. 50. t. 51.

ℂ Anaxagoras aūt absurde de ifiniti qete dicit. Firmare enim infinitū seipsuz dicit. Idq3 ex eo fieri: q2 est in seipso. Nihil enim aliud ipsum continet.

ℂ Anaxagoras aūt icōueniēter dic̄ de ifiniti mā̄siōe. Fulcire. n. ipsuz seipsuz dicit ifinitū. Hoc aūt est: q2 in seipso est. Aliud. n. continet nihil. T. c. 50.

ℂ Excludit quēdam errorem. Et p̄mo ponit ipsuz ꝛ dic̄ q̄ Anax. dixit ifinitū quiescere. Sed incōueniēter assignauit rōnē quietis eius. Dixit enim q̄ fulcit. i. sustēat infinitū seipsuz: q2 est in se ꝛ nō in alio: cū nihil ipsū 3tiċat: ꝛ sic non possit extra se moueri. ℂ Scđo ibi.

¶ Quasi vbi quippiã sit: ibi esse aptũ consistere. Hoc aũt verũ nõ est. Esse.n.alicubi ibi qppiaꝫ põt: nõ vbi aptũ est eẽ. Quãuis igiꝛ q̃ꝫ maxĩe totũ non moueaꝛ: id enim qđ in seipso firmatur: ꝛ in seipso est imobile necesse est esse. Dicat tñ ipse opꝫ: cur nõ est aptũ moueri. Nõ.n.sat est hoc dixisse pacto: ac euasisse. Fieri enim põt vt nõ moueaꝛ: ꝛ q̃uis aliud corpus. Sed nihil ꝓhibet aptũ eẽ moueri. Et terra nãqꝫ nõ ferꝛ: nec si infinita ẽet eẽt: ex eo tñ q: medio coerceꝛ. Non eniꝫ q: nõ est aliud ad qđ ferꝛ: in medio ipso q̃esceet: sed q: nõ hoc mõ est apta ferri. Et tñ liceret dicẽ seipsam terrã firmare. Qđ si neqꝫ terra si infinita esset hec eẽt causa: sed grauitatẽ hẽ: graue aũt in medio suapte natura quiescere solet. Similiter ꝛ infinitum in seipso quiescit ob aliquam aliam causam.

T.c.51. ¶ Tãqꝫ vbi vtiqꝫ aliqđ sit: aptũ natũ sit ibi esse. Hoc aũt nõ verũ est. Erit.n.aliqđ alicubi: ꝛ nõ ibi aptũ natũ est eẽ. Si igiꝛ q: maxĩe nõ moueꝛ totũ: in seipso nãqꝫ fulciꝛ: ꝛ in seipso est imobile eẽ necesse est. Sed quare nõ aptũ natũ sit moueri dicẽdũ est. Nõ.n.sufficiẽs est sic dicẽtẽ euadere. Erit.n.vtiqꝫ ꝛ qđlibet aliud nõ motũ: sed aptũ natũ eẽ nihil ꝓhibet: qm̃ ꝛ terra nõ fertur: neqꝫ si infinita eẽt ferreꝛ coercita tamẽ a medio. Sed nõ q: nõ est aliud vbi mutatur manebit in medio: sꝫ nõ mouebiꝛ: q: nõ apta nata est sic: sꝫ tñ licebit vtiqꝫ dicere: q: fulcit seipsam. Si ergo neqꝫ in terra hec cã est cũ sit ĩfinita: sed q: grauitatẽ hꝫ: graue aũt manet in medio: similr̃ ꝛ infinitũ manet vtiqꝫ in seipso ꝓpter quandã aliam cãm: sꝫ nõ q: ĩfinitũ est: ꝛ fulcit ipsuꝫ ꝛ seipsuꝫ.

T.c.52. ¶ Improbat tribus rõnibꝰ qđ dictũ est. quarũ p̃ma est q Anax. sic rõnẽ assignauit de q̃te ĩfiniti: ac si vbi aliqđ sit ibi natũ sit eẽ: q: ex hac sola rõne dixit ĩfinitũ q̃escere: q: est in seipso. Sꝫ h̃ nõ est verꝫ q vbi aliqđ est: ibi semper aptũ natũ sit eẽ: q: aliqđ est alicubi per violẽtiã: ꝛ nõ nãliter. Quãuis igiꝛ hoc maxĩe verꝫ sit q totũ infinitũ non moueꝛ q: sustẽtaꝛ ꝛ manet in seipso: ꝛ sic est imobile. sed tñ dicẽdũ erat: q̃re nõ est aptũ natum moueri. Nõ.n.põt aliqs euadere sic dicẽs q nõ moueꝛ ĩfinitũ: q: eadẽ rõne ꝛ de quocũqꝫ alio nihil ꝓhibet q nõ moueaꝛ: sꝫ sit aptuꝫ natũ moueri: q: ꝛ si terra eẽt ĩfinita: sicͭ nõ ferꝛ qñ est in medio: ita ꝛ tũc nõ ferreꝛ q̃ntũ ad ptẽ q̃ eẽt in medio. Sꝫ hoc nõ eẽt q: nõ hẽret aliqđ aliud vbi sustẽtareꝛ nisi in medio: sꝫ q: nõ hꝫ aptitudinẽ nãlẽ vt a medio moueaꝛ. Si g̃ ita est terra q nõ est cã q̃re q̃escat in medio: q: est infinita: sꝫ q: grauitateꝫ hꝫ ex q̃ nata est manẽ in medio: silr̃ de quocũqꝫ alio ĩfinito assignãda ẽ cã q̃re q̃escat: ꝛ nõ q: ẽ ĩfinitũ: vel q: fulcit seipm̃. ¶ Aliã aũt rõnẽ põit ibi.

¶ Et nõ ex eo q: est infinitũ ꝛ seipsuꝫ firmat. Et ĩsup patet ꝛ q̃uis ipsiꝰ partẽ eodẽ mõ q̃escere oportere. Nã vt infinitũ in seipso manet seipsum firmãs: sic ꝛ oĩs ipsius ps quãcũqꝫ acceꝑis in seipsa manebit. Loca nãqꝫ totius ac partis: spẽi eẽ eiusdẽ ꝯstat. Totius enim terre glebeqꝫ ideꝫ est locus qui est inferus ꝛ ẽt ignis totius atqꝫ scintille qui est superus. Quare si infiniti sit locus in seipso esse: ꝛ partis idem erit profecto. Quelibet ergo in seipsa manet.

¶ Similiter aũt manifestuꝫ q ꝛ si sic: q̃libet ps indigebit manere. Sicut.n.infinitũ in seipso manet se fulciẽs: sic ꝛ si q̃libet ps accipiaꝛ: in seipsa manebit. Totius.n. ꝛ partis similes loci sunt: sicut terre ꝛ glebe deorsum: ꝛ omnis ignis ꝛ scintille sursum. Quare si infiniti locus qđ in seipso: ꝛ idem partis: manebit ergo in seipso.

¶ Et dicͭ q si totũ ĩfinitũ q̃escit q: manet in seipso. sequitur q quelibet pars ex necessitate quiescat propter h̃ q manet in seipsa. Idẽ enim est locus totius ꝛ partis: vt dictũ est: vt ignis ꝛ scintille sursuꝫ: ꝛ terre ꝛ glebe deorsum. Si g̃ totiꝰ ĩfiniti locꝰ est ipsũmet: sequeꝛ q q̃libꝫ ps ĩfiniti maneat in seipsa sicͭ in ꝓprio loco. ¶ 3ᵃᵐ rõnẽ põit ibi.

¶ Oĩno aũt pꝫ fieri nõ posse: vt corpꝰ ĩfinituꝫ in rõne rerũ ponaꝛ: ꝛ locus corporibꝰ tribuaꝛ. Si corpus oẽ sensibile: aut graue sit: aut leue. Et graue q̃dẽ ad mediũ suapte natura feraꝛ. leue vͦo silr̃ supera loca petat. Et infinitũ eniꝫ hãc eadẽ nãe subeat legẽ necesse est. At fieri neq̃t: vt aut totũ graue sit aut leue: aut dimidiũ leue dimidiũ graue. Quo nãqꝫ mõ diuidẽs illud: aut quo pacto ipsius infiniti hec quidẽ pars supra: hec autẽ infra: vel vltima vel media erit.

¶ Omnino aũt manifestũ est q ĩpossibile est simul dicere infinitũ corpus: ꝛ locũ quẽdã corporibus eẽ: si oẽ corpus sensibile aut grauitatẽ hꝫ aut leuitatẽ. Et si graue q̃dẽ in mediũ nãꝫ hꝫ ferri: si vͦo leue. sursuꝫ. Necesse.n. ꝛ ĩfinitũ corpꝰ. Impoẽ ẽt aut oẽ vtrũlibꝫ: aut mediũ vtrũqꝫ sustinẽ. Q̃uo.n. diuidẽs: aut q̃uo ĩfiniti erit h̃ q̃dẽ sursuꝫ: illđ aũt deorsuꝫ: aut vltimũ: aut mediũ. T.c.53. Scđa rõ principal.

¶ Et dicit q oĩno manifestũ est q ĩpoẽ est dicẽ eẽ ĩfinitũ corpus in actu: ꝛ q cuiuslibet corporis est aliqs locꝰ si oẽ corpus sensibile: aut hꝫ grauitatẽ aut leuitatẽ. sicͭ antiq dixerũt ponẽtes ĩfinitum: q: si sit corpus graue opꝫ q nãliter feraꝛ ad mediũ. Si aũt sit leue necesse est q feraꝛ sursum. Si ergo sit aliqđ ĩfinitũ corpus sensibile: necesse est q etiã in corpore ĩfinito sit sursũ ꝛ mediũ. Sed impoẽ est q totũ infinituꝫ sustineat in se vtrumlibet hoꝝ. s. sursum ꝛ mediũ: vel q ẽt sustineat vtrũqꝫ sm̃ diuersas medietates. q̃uo.n. infinituꝫ poterit diuidi vt vna pars eius sit sursuꝫ: ꝛ alia deorsuꝫ: vl̃ q ĩ ĩfinito sit vltimũ ꝛ mediũ. Nõ ẽ igiꝛ corpꝰ sensibile ĩfinitũ. ¶ Tertiã rõnẽ põit ibi.

¶ Preterea oẽ corpus sensibile est in loco. Loci vͦo spẽs ac dĩe sunt supra ꝛ ĩfra: añ ꝛ retro: dextrũ atqꝫ sinistrũ. Atqꝫ hec nõ solũ nr̃a ex pte sũt põnẽ: sꝫ in ipso ẽt toto disticta sũt: atqꝫ hec eẽ in ĩfinito nõ pñt.

T.c.54. ¶ Amplius oẽ corpus sensibile in loco est. Loci aũt species ꝛ differẽtie sursuꝫ ꝛ deorsuꝫ añ ꝛ retro: dextrorsum ꝛ sinistrorsuꝫ. Et hec nõ soluꝫ ad nos ꝛ põnes sunt: sed in ipso toto determinata sunt. Impossibile autem in infinito hoc esse.

¶ Et dicit q omne corpus sensibile est in loco. Differentie aũt loci sunt sex: sursuꝫ deorsum: ante ꝛ retro. dextrorsum: ꝛ sinistrorsum: que quidem sunt determinata nõ solum quo ad nos: sed etiaꝫ in ipso toto vniuerso. Determinanꝛ.n. sm̃ se huiͦ positiones in q̃bus sunt determinata principia ꝛ termini motus. vñ in animatis determinantur sursum ꝛ deorsum sm̃ motum alimenti: ante ꝛ retro sm̃ motum sensus. dextrorsum ꝛ sinistrorsum sm̃ motuꝫ processiuũ Sex differẽtie loci diuersimode inueniunt i diuersis

pcessiuũ: cuius pn^m est a pte dextra. In reb^9 aũt inaiatis in gbus nõ sunt pn^a determinata hoꝝ motuũ dr̃ dextrorsum ꝛ sinistrorsum p cõparationẽ ad nos. Dr̃.n.columna dextra que est ad dextrã hois: ꝛ sinistra q̃ est ad sinistraꝫ. Sed in toto vniuerso determinaṫ sursum ꝛ deorsum ſꝫ motũ grauiuꝫ. ꝛ leuiũ: ſm aũt motũ celi determinat dextrũ oriens: sinistrũ occidens. ante ṽo hemisperium superius: retro ṽo hemisperium inferius: sursuꝫ ṽo meridies: deorsuꝫ ṽo septentrio. Hec aũt non possunt determinari in corpore infinito. Impossibile est ergo totũ vniuersum esse infinitum. ℂ Quartam rõnem ponit ibi.

ℂ Atqꝫ simpl'r si locus ĩfinitus esse nõ possit: sitqꝫ oẽ corpus in loco: ꝛ in rõne pfecto reꝝ ĩfinitũ corp^9 eẽ nõ põt. At ṽo qđ alicubi est: in loco est: ꝛ qđ in loco est: alicubi ẽ. Ut igiṫ ĩfinitũ q̃titatis rõnẽ subire nõ põt: nã q̃tũ fuerit qđdã: vt bicubitũ aut tricubitũ: hec enĩ significat ipm q̃tũ: sic ꝛ qđ est i loco id alicubi sane est. At id aut supra aut ĩfra aut in aliq̃ alia sex diũaꝝ eẽ sighat: q̃rũ vnaq̃qꝫ finis ẽ qdã vt ꝯstat.

T.c.55. ℂ Simpliciter aũt si ipole est locũ eẽ infinitũ: in loco aũt oẽ corpus est: impossibile est infinitũ esse aliqđ corpus. At ṽo qđ alicubi est: in loco est: ꝛ qđ in loco est: alicubi est. Si igiṫ neqꝫ quãtitatem possibile est infinita esse: quãtũ enĩ aliquid erit vt bicubitum aut tricubitum. hec.n. signãt quãtuꝫ: sic in loco: qꝛ alicubi: hoc est aũt aut sursuꝫ aut deorsuꝫ aut in aliq̃ alia distãtia: q̃ sũt sex. Hoꝝ auteꝫ vnumq̃dqꝫ termin^9 aliqs ẽ.

ℂ Et dicit q̃ si impole est esse locũ infinitũ cũ oẽ corpus sit in loco: sequiṫ q̃ ipossibile sit esse aliqđ corpus ĩfinitũ. Sed q̃ ipossibile sit esse locũ ĩfinitũ sic pbat: qꝛ hec duo conuertuntur. esse in loco: ꝛ esse in aliquo loco: sicut ꝛ esse hoieꝫ: ꝛ esse aliquẽ hoieꝫ: ꝛ esse q̃titatẽ: ꝛ esse aliquã q̃titatẽ. Sicut igiṫ ipossibile est esse q̃titatẽ ĩfinitã: qꝛ sequereṫ aliquam quãtitatem esse infinitã: vt bicubitũ ꝛ tricubitum: qđ est impossibile: ita ipossibile est esse locũ infinitum: qꝛ sequereṫ aliquẽ locum infinitũ esse vel sursuꝫ vel deorsuꝫ ꝛ huiusmodi: qđ ẽ ipossibile: cũ qđlibet coꝝ significet quẽdã terminũ: vt dictum est. Sic ergo nullum corpus sensibile est infinitum. LEC. X.

ℂ Patet igiṫ ex hisce q̃ dixim^9 ĩfinitũ corpus in rõne reꝝ actu nõ eẽ. At q̃ ꝯstat ipossibiliũ euenire cõplura: si nõ sit simpl'r ĩfinitũ. Tẽporis enĩ erit aliqđ pncipiũ atqꝫ finis. Et magnitudines nõ erũt in magnitudines diuisibiles. Numerus etiã infinitus nõ erit. Cũ igitur his hoc pacto determinatis neutra pars afferẽda eẽ videatur: arbitro profecto: moderatoreqꝫ est opus. Atqꝫ patet partim non esse.

T.c.56. Quod quidẽ igiṫ actu corpus nõ sit infinitũ manifestũ ex his. Qꝛ aũt si nõ sit ĩfinitũ multa ipossibilia accidant: manifestũ est. Tẽporis enĩ erit quoddaꝫ principium ꝛ finis: ꝛ magnitudines non diuisibiles in magnitudines: ꝛ numerus nõ erit infinitus. Cũ aũt determinatur sic: neutro modo videtur contingere. Ob hoc videlicet est manifestum q̃ sic quidem est: sic autem non.

Postq̃ Phs disputatiue pcessit de ĩfinito: hic incipit determinare ṽitatẽ. Et p̃ ostẽdit an sit ĩfinitũ. Scđo quid sit ibi [Accidit aũt cõtrariũ.] Primo diuidiṫ in duas. In p^a ostẽdit q̃uo ĩfinitũ sit. In secunda cõparat ĩfinita adinuicẽ: ibi [Aliter aũt in tẽpore.] Circa p^m tria facit. Prio ostẽdit q̃ ĩfinitũ quodãmõ est ꝛ quodãmõ nõ est. Scđo determinat q̃ est in po^a: ꝛ nõ est sicut actu ens. ibi [Diciṫ qdẽ igiṫ.] 3^o manifestat q̃uo sit in po^a ibi [Nõ opꝫ aũt po^a ens.] Dicit ḡ p̃ q̃ ex p̃missis manifestũ ẽ q̃ nõ sit aliqđ corpus ĩfinitũ in actu. Itẽ ex his que ante dicta sunt manifestũ est q̃ si ĩfinitũ simpl'r non sit. q̃ multa ipossibilia accidũt. Quoꝝ vnũ est q̃ tẽpus habebit pn^m ꝛ finẽ: qđ reputaṫ incõueniẽs ſm ponẽtes eternitatẽ mundi. Et iteꝝ sequeṫ q̃ magnitudo nõ semp sit diuisibilis in magnitudines: sed q̃nqꝫ deueniaṫ per diuisionẽ magnitudinũ ad q̃dã que nõ sũt magnitudines. Sed omnis magnitudo est diuisibilis. Itẽ sequeṫ q̃ numerus non augeatur in ĩfinitũ. Quia igiṫ ſm determinata neutrum videtur contingere: neqꝫ. ſ. q̃ infinitum sit actu neqꝫ q̃ simpliciter non sit: necesse est dicere q̃ quodãmodo est quodammodo non est. ℂ Secundo ibi.

ℂ Diciṫ itaqꝫ q̃ppiã eẽ: aliud aut potẽtia aliud actu. ꝛ ĩfinitũ est additiõe ac ẽt diuisiõe. Magnitudo aũt actu qdẽ ĩfinita nõ est. vti diximus. Diuisione aũt est. Nõ est enĩ difficile lineas idiuiduas e medio tollere. Restat igitur infinitũ in rõne rerum potẽtia esse.

ℂ Diciṫ igiṫ eẽ aliud qdẽ potẽtia: aliud ṽo actu. Et ĩfinitũ est qdẽ appositione: est aũt ꝛ ablatione. Magnitudo aũt qđ qdẽ actu nõ sit ĩfinita: dictũ ẽ. Diuisiõe aũt est. Nõ.n. difficile destruẽ idiuisibiles lineas. ℂ Reliquiṫ igĩ potẽtia eẽ ĩfinitũ. T.c.57.

ℂ Ostẽdit q̃ ĩfinitũ est sicut potẽtia ens. ꝛ dicit q̃ aliquid dr̃ eẽ in actu: ꝛ aliqd diciṫ eẽ in potẽtia. Infinitũ aũt dicitur esse per appositionẽ: sicut in numeris: vel p ablationẽ sicut in magnitudinib^9. Ostẽsũ est.n. q̃ magnitudo nõ est actu ĩfinita: ꝛ sic in magnitudinibus p appositionẽ ĩfinitũ nõ ĩueniṫ. Sed p diuisionẽ in eis ĩueniṫ infinitũ. Nõ n. est difficile destruere opinionẽ ponẽtiũ idiuisibiles eẽ lineas. Uel ſm aliã litterã. Nõ est difficile partiri athomas lineas. i. ostendere lineas quas quidam ponũt indiuisibiles esse partibiles. Dr̃ aũt ĩfinitũ in appositione vel diuisione ſm q̃ põt apponi vel diuidi. Relinquiṫ igiṫ q̃ infinitum sit tãq̃ in potẽtia ens. ℂ Tertio ibi.

ℂ Nõ oportet aũt ĩfinitũ potẽtia sic accipe vt actu tãdẽ euadat: quẽadmodũ si põt hoc statua eẽ: erit hoc statua tandẽ. Sed cũ multipliciter q̃ppiã eẽ dicaṫ: pinde est ĩfinitũ vt dies ẽ atqꝫ ludus: ex eo qꝛ fit aliđ atqꝫ aliud semp. Nã in his est esse potẽtia atqꝫ actu. Est enim olympicus ludus: ꝛ qꝛ fieri põt: ꝛ qꝛ fit.

ℂ Non opꝫ aũt potentia ens accipe: sicut si possibile sit hoc statuã es esse: qđ ꝛ erit hec statua: sic ꝛ ĩfinitũ: qđ erit actu. Sed quoniã multipliciter est esse quẽadmodũ dies ꝛ agon in semper aliud ꝛ aliud fieri: sic ꝛ infinituꝫ est. Et nãqꝫ in his est ꝛ potẽtia ꝛ actu. Olympia enim sunt ꝛ in posse agonem fieri: ꝛ in eo quod fit.

ℂ Ostẽdit quomõ ĩfinitũ sit in potẽtia. Dupl'r.n. ĩueniṫ aliquid in po^a. Uno mõ sic q̃ totũ põt reduci in actuꝫ: sicut pole est hoc es esse statuã qđ aliq̃n erit statua. Nõ aũt sic diciṫ esse infinitũ in potẽtia. Alio mõ aliqd dr̃ i po^a eẽ qđ postea fit actu ens: nõ qdẽ totũ sil: ſꝫ successiue. Multipl'r n. diciṫ aliqd eẽ: vel qꝛ totũ ẽ sil: vt hõ ꝛ dom^9: vel qꝛ semper vna pars ei^9 sit post aliã: per quẽ modũ dr̃ esse dies ꝛ ludus agonalis. Et hoc mõ dr̃ infinitũ eẽ simul ꝛ in potẽtia ꝛ in actu. Oia.n. huiꝰ sil sũt i potẽtia: q̃tũ ad vnã gnẽ:

τ actu q̄titū ad aliā. Olympia.n.i.festa agonalia q̄ celebrabāt i mōte olympo dicūt eē τ durare ſʒ agōes: vel posse fieri i actu: q2 q̄diu durabāt ista festa: aliq̄ ps illoꝝ ludorū erat i fieri: τ aliq̄ erat vt i futuꝝ fiēda. ¶ Deīn cū dic.

¶ Patet aūt infinitum in tempore diuerso modo τ in hoībus: τ in diuisione magnitudinum esse.

¶ Aliter aūt τ in tempore manifestum qđ infinitum τ in hoībus τ diuisione magnitudinum.

¶ Cōparat diuersa ifinita adinicē. Et p̄ cōparat ifinitū tēporis τ gnōnis ifinito qđ ē in magnitudinib⁹. 2° cōparat ifinitū ſʒ appōnē τ ifinitū ſʒ diuisionē i magnitudib⁹ ibi [Qđ aūt ſʒ appōnē.] Circa p̄ᵐ tria facit. P̄rio pponit qđ itēdit: τ dicit φ aliter manifestat ifinitū in gnōne hoīum τ in tpe: τ aliter in diuisione magnitudinū. ¶ Scđo ibi.

¶ Oino nāqʒ h̄ mō est ifinitū: vt semꝑ aliud aliudqʒ sumat: τ id qđ accipit sit qdē finitum: At aliud atqʒ aliud semꝑ. Quare nō opʒ ifinitū ꝑinde accipe: atqʒ hoc aliqd vt hoīem aut domū. Sed vt dies dicitur atqʒ ludus: quoꝝ esse nō vt substātia quedā est ortū: sed in generatione semper corruptioneqʒ cōsistit: finitum quidē: at aliud atqʒ aliud semper.

¶ Oino qdē.n. sic est ifinitū i semꝑ aliud τ aliđ accipiēdo: τ acceptū qdē semꝑ eē finitū: sʒ semꝑ alteꝝ τ alteꝝ. ¶ Quare ifinitū nō opʒ accipere sicut hoc aliquid: vt hoīem aut domū: sed sicut dies dicit τ agon: qbus esse nō sicut substantia quedā facta est: sʒ semꝑ in generatiōe aut corruptione finitum: sed semper alterum τ alterum.

T.c.58.

¶ Ostēdit qđ sit cōe oib⁹ ifinitis. τ dicit φ h̄ oino τ vlr in oib⁹ ifinitis iuenit: φ ifinitū est in semꝑ aliud τ aliud accipiēdo ſm q̄dā successionē ita tn̄ φ qcqd accipit i actu de ifinito totū sit finitū. Vn̄ nō opʒ accipere φ ifinitū sit aliqd totū siml' exñs: sicut h̄ aliqd demōstratū: sicut accipim⁹ hoīem vel domū: sed sicut sūt successiua: vt dies τ ludus agonalis quoꝝ esse nō est hoc mō φ aliqd eoꝝ sit sicut q̄dā subā pfecta tota actu exñs. In gnōne aūt τ corruptione τ si in infinitum ꝓcedat semꝑ illud qđ accipit in actu est finitū. In toto eni decursu gnōnis etiā si ꝓcedat in infinitū: τ oēs hoīes qui simul accipiūt sūt finiti ſm numeꝝ: τ huiꝰ finitū opʒ accipere alteꝝ τ alteꝝ: ſm φ q̄dam homines succedunt quibusdam. ¶ Tertio ibi.

¶ Verum in imaginibus quidem hoc accidit permanente eo qđ sumptum. In hominibus autem atqʒ tēpore acciden ibus ita vt non deficiant.

¶ Sed in magnitudinibus quidem permanente accepto hoc accidit; in hominibus autē τ tēpore corruptis sic vt non sit deficere.

¶ Ostēdit dr̄iaʒ τ dicit φ illud finitū qđ accipimus in magnitudinibus vel apponēdo vel diuidēdo permanet τ nō corrūpit. Sʒ illa finita q̄ accipiūt in ifinito decursu tpis τ gnōnis hūane corrūpunt: ita φ per istū modū nō ɔtingit tempus τ generationē deficere. ¶ Deinde cū dicit.

¶ At qui ifinitū qđ in additione τ qđ in diuisione cōsistit. idē quodāmō est. Fit eni in magnitudine finita ꝑ additionē ecōtra. Nā vt cū diuidit cernit in infinitū abitio: sic cū additio fit: ad magnitudinē ipsaʒ determinatā videbit. Etenī si qspiā in magnitudine finita: definita magnitudine sūpta: eadē aliā accipiat rōne: nō eādē toti⁹ magnitudinē sumēa: nō ptrāsibit vnq̄ magnitudinē illā finitā. Sin vo hoc pacto rōnē augeat: vt semꝑ magnitudinē eādē accipiat: ptrāsibit sane: ꝓpterea qđ oē finitū quouis ɔsumit definito. Alio igit mō nō est ifinitū in rebus: sed hoc pacto potētia in q̄ʒ atqʒ diuisione. Et actu ēt ē ꝑinde atqʒ diē ac ludū dicim⁹ eē. Et potētia sic est vt materies: τ nō ꝑ se vt ipm finitū. Et additione igit hoc pacto ē potētia infinitum: qđ qdē aliquo mō dicimus idem esse quo id qđ in diuisione cōsistit. Semper enim est aliquid ipsius extra sumendum.

¶ Remotis tribus membris ↄcludit quartum: ⁊ dicit ꝙ q2 locus non eſt aliquod triuꝫ .i. neqʒ forma: neqʒ materia: neqʒ aliqḋ ſpatium qḋ ſit alterū preter diſtantias rei locate. neceſſe eſt ꝙ locus ſit reliquū de quatuor ſupra nominatis .ſ. ꝙ ſit terminus corporis cōtinentis. Et ne aliquis intelligat contentum vel locatum eſſe aliqḋ ſpatiuʒ mediū ſubiūgit ꝙ corpus ↄtentū dr̄ illud qḋ eſt natū moueri ſm loci mutationem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Magnū autē qd difficileqʒ eſſe videť locū ꝑcipere tū q2 partim mãe: partim forme ſilis eē videť: tū q2 tranſlatio eius qḋ ferť: in ipſo ↄtinēte ſit qeſcente. Eſſe eni poſſe videť iteruallū aliud qḋdā a magnitudinib⁹ q̄ mouenť. Cōfert autē ad hoc ⁊ ipſe aer: q videť eē icorporeus. Nā nō ſolū fines ipſius vaſis: ſed iteruallū etiā ipm vt vacuum locus eſſe videtur.

¶ Videť aūt magnū aliquid ⁊ difficile accipi qd eſt locus: ⁊ propter hoc ꝙ apparet eē materia ⁊ forma: ⁊ propter hoc qdē ꝙ in quieſcente ⁊ cōtinente ſit tranſmutatio eius quod ferť. Contingere aūt videť eſſe ſpatiū mediū aliud aliquid a motis magnitudinibus. Proficit autem aliqd ⁊ aer: ⁊ apparēs incorporeus eſſe. Videtur .n. non ſoluʒ terminus vaſis eſſe locus: ſed ⁊ quid eſt medium tanquam vacuum. T.c.40.

¶ Inueſtigat dñiā loci .ſ. ꝙ ſit imobilis. Circa h duo facit. Primo oñdit ꝙ ex hac dñia nō debite ↄſiderata inſurrexit qdaʒ error circa locū. Scḋo oñdit quō ſit itelligēda imobilitas loci. ibi [Eſt autē ſicut vas.] Dicit ḡ primo ꝙ videť magnū aliqd ⁊ difficile accipere quid ſit locus. tū pp̄ hoc ꝙ quibuſdā vr̄ ꝙ locus ſit mā vel forma que hn̄t altiſſimā cōſiderationē: vt ſupra dcm̄ eſt. Tū pp̄ h ꝙ mutatio eius qḋ ferť ſm locū ſit in quodā quieſcēte ⁊ ↄtinēte. Cū igiť nihil videatur eſſe ↄtinens ⁊ imobile niſi ſpatiū: videtur ↄtingere ꝙ locus ſit quoddā mediū: quod eſt aliud a magnitudinibus que mouenť ſm locū. Et ad credulitatem huius opinōis multū proficit ꝙ aer videť eē icorpore⁹: q2 vbi eſt aer videť ꝙ nō ſit corpus: ſed qḋdam ſpatium vacuū: ⁊ ſic videť locus nō ſolum eē terminus vaſis: ſed quoddā mediū tanq̄ vacuum. ¶ Secundo ibi. t.c.16.

¶ Ut aūt vas locus eſt potens transferri: ſic ⁊ locus vas eſt imobile. Quocirca cū id qḋ eſt intus moueť atqʒ transferť: ſi id moueť in quo eſt vt in flumio nauis: vt vaſe tūc vtiť illo qḋ ↄtinet: magis q̄ loco. Locus aūt vult eſſe immobilis. Quapropter vniuerſus fluuius magis eſt locus: q2 eſt imobilis vniuerſus.

¶ Eſt aūt ſicut vas locus trāſmutabilis: ſic loc⁹ vas imobile. Unde cū quidē in eo quod moueť moueatur. ⁊ mutetur qḋ intus: vt in flumine na- T.c.41.

nis: tãnq̃ vase vtitur magis q̃ loco continenti. Uult autem immobilis locus esse. Unde ois fluuius magis locus est: q2 immobilis omnis.

C Ondit quõ itelligẽda ẽ imobilitas loci vt excludaẽ opinio pdicta: z dicit q vas z locus in h differre videnẽ: q vas trãsmutaẽ: locus aũt nõ. Unñ sicut vas põt dici locus trãsmutabilis: ita locus põt dici vas imobile. Et iõ cũ aliqd moueẽ in aliquo corpe qđ moueẽ: sicut nauis i flumine vtiẽ isto in quo moueẽ magis sicut vase: q̃ sicut loco ptinẽte: q2 locus vult esse imobilis .i. de aptitudine z nã loci ẽ q sit imobilis. Et pp h magis põt dici q tot9 fluui9 sit locus nauis: q2 totus fluui9 ẽ imobilis. Sic igiẽ fluui9 totus inq̃tũ est imobilis est locus cõis. Cũ aũt locus proprius sit ps loci cõis: opz accipe ppriũ locũ nauis in aqua fluminis: inq̃tũ hz ordinẽ ad totũ fluuiũ vt est imobilis. Est igiẽ accipe locũ nauis in aq̃ fluẽte nõ ẽm hãc aquaz q̃ fluit: sed ẽm ordinẽ vel situ quẽ hz hec aq̃ fluens ad totũ fluuiũ: q gdẽ ordo vel situs idẽ remanet in aq̃ succedẽte. Et iõ lz aq̃ mãliter pterfluat: tñ ẽm q hz rõnem loci: put .s. psideraẽ in tali ordie z situ ad totuz fluuiũ: nõ mutaẽ. Et p hoc silr accipere debem9 quõ inter extremitates corpoz mobiliũ nãliũ sit locus p respectũ ad totuz corp9 spericũ celi: qđ hẽt fixionẽ z imobilitatẽ pp imobilitatez centri z poloz. Sic igitur lz hec pars aeris que ptinebat vel hec pars aque effluat z moueaẽ inq̃tũ est hec aq̃: tñ ẽm q habet hec aqua rõnẽ loci semp manet .s. situs z ordo ad totũ spericum celi. Sicut etiã dẽ idẽ ignis manere quantũ ad formã: lz ẽm materiã varietur cõsumptis z additis qbusdam lignis. Et per hoc cessat obiectio q̃ põt fieri ptra hoc q ponimus locũ esse terminũ ptinentis: q2 cũ continens sit mobile z terminus continentis erit mobilis: z sic aliquod quietum existens habebit diuersa loca. Sed hoc nõ seqtur: q2 terminus ptinentis non erat locus inq̃tũ est hec supficies isti9 corpis mobilis: sed ẽz ordinẽ vel sitũ quem hẽt in toto imobili. Ex quo pz q tota rõ loci in oibus continentibus est ex primo continente z locante scilicet celo. C Deinde cum dicit.

3° metro. lec. 2.

C Quare locus est finis ptinẽtis immobilis primus.

C Quare terminus continens immobilis primũ hic est locus.

Al. li. c. 37.

Diffinitiõ loci.

C Cõcludit ex pmissis diffõnẽ loci .s. q locus est terminus imobilis ptinẽtis p9. dicit aũt pmũ vt designet locũ ppriũ z vt excludat locuz cõem. C Deinde cum dicit.

C Atq3 ob hoc mediũ qdẽ vniuersi: infra fines aũt citeriores celi: supra maxime oibus pprie esse videnẽ. Quia illud qdẽ semp manet: fines autẽ celi eodẽ modo sese habẽtes manẽt. Quare cũ leue quidem sit id qđ sursũ pergit: graue autẽ id qđ deorsũz fertur sua pte natura: his quidẽ finis qui versus mediũ ptinet infra est: z ipm etiã mediũ. His autẽ qui versus vltimum ptinet supra: z ipsum etiam vltimum.

T. c. 42.

C Et ppter h mediũ celi z vltimũ ad nos circularis loci mutatiõis videẽ esse: h qdẽ sursum: illud vo deorsum: maxime oibus pprie: q2 hoc qdẽ semp manet. Circuloz aũt vltimũ silr se habẽs manet. Quare qm̃ qđ leue qdẽ: sursũ ferẽ nã. Quod vo graue: deorsum. Quod qdẽ est ad mediũ ptinẽs deorsũ est: z ipm mediũ. Qđ vo ad vltimum sursum est; z ipsum vltimum.

C Ostẽdit diffõnẽ bene assignatã per hoc q ea que dicuntur de loco pgruũt ẽm hanc diffinitionem. Et ponit tria: quoz p9 est: q pp h q locus est ptinẽs imobile mediuz celi .i. cẽtrũ z vltimũ circularis loci mutatiõis .i. corporũ circulariter motoz: vltimũ dico versus nos .i. .s. supficies orbis lune vr h qdẽ eẽ sursum .i. vltimũ pdictũ illud vo eẽ deorsum .s. mediũ. Et h maxime pprie vr dici inter oia: q2 cẽtruz semp manet. Illud aũt qđ est vltimũ in corporib9 circulariter motis versus nos: lz moueaẽ circulariter: tñ manet: inq̃tũ silr se hz .i. in eadẽ elongatione ad nos. Et q2 ad ppria loca mouẽtur corpa nãlia: inde est q leuia nãlr mouẽtur sursuz: z grauia deorsum: q2 ipsum mediũ z terminus ptinens versus mediũ vocaẽ deorsuz: z similr ipsum vltimũ z qđ est versus vltimuz dẽ eẽ sursum. Utiẽ aũt tali modo loquẽdi: q2 terre q̃ est simpliciter grauis locus est mediũ: aque aũt locus ẽ vsus mediũ. Et similiter locus ignis q est simpliciter leuis est vltimũ: locus aũt aeris est versus vltimũ. C Scdm ponit ibi.

C Et propterea locus superficies quedaz z quasi vas continensq3 esse videtur.

C Et propter hoc planum videtur esse quoddã: z sicut vas locus z continens.

C Et dicit q q2 locus est terminus: pp hoc locus dẽ eẽ sicut quedam supficies: z sicut quoddã vas ptinẽs: nõ autẽ sicut spatium vasis ptinentis. C 3m ponit ibi.

C Preterea locus simul cũ ipsa re quodammodo est. Quippe cum ipsi fines sint simul.

C Amplius simul cum re quodammodo locus est. Simul enim finis est z locus.

C Et dicit q q2 loc9 est terminus: pp h sil est locus z locatũ: q2 sil est finis locati: z termin9 ptinentis q est locus: q2 tãgẽtiũ vltima simul sũt: z ẽm h etiã itelligiẽ q locus eq̃tur locato: q2 .s. equanẽ ẽm extrema. LEC. VII.

C Atqui corpus quidẽ id est in loco extra quod aliqđ est corpus continens ipsum. Quod vo non ita se habet: non est in loco.

Cui quidez igitur corpori inest aliquid extra corpus continens ipsum: hoc in loco est. Cui vo non: minime. T. c. 43.

Postq̃ phs diffiniuit locũ: hic ondit q̃liter aliqd sit i loco. Et circa h duo facit. Primo ondit q̃liter aliqd simplr sit in loco: z q̃liter nõ. Scdo ondit quõ illud qđ nõ est simplr in loco: ẽm qd in loco sit. ibi Unñ z si aq̃ fiat. Cõcludit g̃ pmo ex pmissis: q cũ locus sit terminus ptinẽtis: cuicũq3 corpori adiacet aliqđ corpus ptinẽs ipm exterius: hoc est in loco simpliciter z p se. cui vo corpori nõ adiacet aliqđ corpus exterius ptinẽs ipm: minime est in loco. Tale aũt corpus in mũdo nõ ẽ nisi vnũ .s. vltima spera: quecũq3 sit illa: vñ ẽz hanc determinationẽ: sequiẽ q vltima spera nõ sit in loco. C Sed h vr impossibile: q2 vltima spera moueẽ in loco: nihil aũt moueẽ in loco: qđ nõ sit i loco. C Huiꝰ igiẽ dubitatiõis difficultas nõ accidit his q tenent sniam de spatio. Nõ est.n. eis necesse dicere. q ad h q spera vltima sit in loco: q habeat corpus cõtinens: sed spatiũ qđ itelligitur penetrare totũ mundũ z oẽs ptes eius: est locus totius mundi z cuiuslibet partium eius ẽz eos. C Sed hec positio est impolis: q2 vel opz dicere q locus non sit aliqd preter locatũ: vel q alique dimensiones spatij sint p se existentes: z tñ substrãtes dimẽsiões corpoz sẽsibiliũ: q̃ sũt ipolia. C Unde Alexãder dicit q vltima sphera nullo modo est in loco. Non.n. oẽ corpus de necessitate est in loco: cum locus nõ cadat in diffinitiõe corpis. Et pp hoc dixit q vltia sphera non mouetur in loco: neq3 ẽm totum: neq3 ẽm partes.

Qđ qt vltia spa sit in loco

Opio pcep q tenet opionẽ de spatio

Impro.

Opinio Alexã.

Opinio ⁋ Sed quia oportet oēm motū in aliquo genere motus poni.
Auicen. Aui.cū ſecut⁹:dixit φ motus vltime ſpere nō eſt motus
Lec. 4. in loco:ſed motus in ſitu:ꝫ Ariſt.qui dicit in q̄nto hui⁹ φ
l.cō.18. motus eſt tm̄ in tribus generibus.ſ.in quātitate q̄litate
Impro. ⁊ vbi.⁋ Sed h̄ nō pōt ſtare:īpoſſe eſt.n.φ motus ſit per
opionis ſe loquēdo in aliquo genere:cuius ſpecieꝝ rō in idiuiſibi
Auicen. li ꝯſiſtit. Propter h̄.n.in ſuba nō eſt motus:quia rō cuiuſli
bet ſpeciei ſube ꝯſiſtit in idiuiſibili:eo φ ſpēs ſube nō di
cunt̄ ſm magis ⁊ minus:⁊ pp h̄ cū motus habeat ſucceſ
ſionē:nō ꝓducit̄ in eē forma ſubalis p motū:ſed per gene
rationē que eſt terminus mot⁹:ſecus aūt eſt de albedine
⁊ ſimilib⁹:q̄ participant̄ ſm magis ⁊ min⁹.Quelibet aūt
ſpēs ſitus h̄ʒ rōnem in idiuiſibili ꝯſiſtentē:ita φ ſi aliq̄d
addit̄ vel minuit̄:nō eſt eadē ſpēs ſitus:vn̄ īpoſſe eſt φ in
genere ſitus ſit motus.⁋ Et pterea remanet eadeʒ diffi
cultas. Nā ſitus ſm φ ponit̄ ꝑdicamētū īportat ordina
tionē ptiū in loco:lʒ ſʒ φ ponit̄ dr̄ia q̄titatis:nō īportat
niſi ordinē ptiū in toto:oē igit̄ qd̄ mouet̄ ſm ſitū:oportet φ
moueat̄ ſʒ locū.⁋ Quidā aūt alij dixerūt.ſ.Auempace
Opinio φ aliter aſſignādus ē locus corpori φ mouet̄ circulariter
auēpace ⁊ aliter corpori qd̄ mouet̄ motu recto. Quia.n.linea recta
eſt impfecta additionē recipiēs:corpus qd̄ mouet̄ motu
recto reqrit locum exterius ꝯtinētem. Quia vo linea cir
cularis in ſeipſa ꝑficit̄:corpus qd̄ circulariter mouet̄ nō
reqrit locū exteri⁹ ꝯtinētē:ſed locū circa quē reuoluatur:
vn̄ ⁊ motus circularis dr̄ eē motus circa mediū. Sic igit̄
dicūt φ ſupficies ꝯuexa ſpere ꝯtēte eſt locus p̄me ſpere.
Impro. ⁋ Sed h̄ eſt ꝯtra ſuppoſitiōes cōes p̄us de loco poſitas
auēpace ſ.φ locus ſit ꝯtinēs:⁊ φ locus ſit eq̄lis locato.⁋ Et ideo
lec.5.t.c. Auer.dixit φ vltima ſpera eſt in loco p accñs.⁋ Ad cui⁹
34. euidētiā ꝯſiderādū eſt φ oē illud qd̄ habet fixionē p al
Opinio teꝝ:dr̄ eē per accñs in loco ex h̄ φ id per qd̄ figit̄ in loco
Auer. eſt:vt pʒ de clauo infixo naui:⁊ de hoīe quieſcēte in naui.
Manifeſtū ē aūt φ corpora circulariter mota hn̄t fixio
nē p imobilitatē centri. Vn̄ vltima ſpera dicit̄ eſſe in lo
co p accñs.inquantum centrū circa qd̄ reuoluitur habet
Solutio eſſe in loco.⁋ Quod autem alie ſpere inferiores habent
obiectio per ſe locum in quo continentur:hoc accidit:⁊ non eſt de
nis tacite neceſſitate corporis circulariter moti.⁋ Sed cōtra hoc
obijcitur:quia ſi vltima ſpera ſit in loco p accñs:ſequitur φ
moueatur in loco per accidēs:⁊ ſic motus p accñs eſt p̄or
motu per ſe.⁋ Sed ad hoc rñdetur φ ad motum circu
S.Tho. larem non reqritur φ id qd̄ mouetur per ſe circulariter
ꝫ cōmen. ſit p ſe in loco:reqrit̄ aūt ad motū rectū.⁋ Sed h̄ videt̄
T.c.32. eē ꝫ diffinitionē Ari.quā ſupra poſuit de eo qd̄ eſt i loco
t.33. p accñs. Dixit.n.aliq̄ eē vel moueri in loco p accñs:ex h̄
φ mouet̄ id in quo ſūt:nō autē dr̄ aliq̄d eē in loco per ac
cidēs:ex h̄ φ aliq̄d qd̄ eſt oīno extriſecū ab ip ſo:eſt in lo
co. Cū igit̄ cētrū ſit oīno extriſecū a ſpera vltima:ridicu
lū videt̄ dicere φ ſpera vltima ſit in loco p accidēs:ex h̄
φ centrū eſt in loco.⁋ Et iō magis approbo ſniam The
Dipo the miſtij qui dixit φ vltīa ſpera ē in loco p ſuas ptes.⁋ Ad
miſtij ro cui⁹ euidētiā ꝯſiderandū eſt:φ ſicut Ari.ſupra dixit nō q̄
borata p reret̄ locus:niſi pp motū qui demōſtrat locum ex hoc φ
S.Tho. corpora ſuccedūt ſibi in vno loco. Vn̄ lʒ locus non ſit de
Lec.5.t. neceſſitate corporis:eſt tn̄ de neceſſitate corporis qd̄ mo
cō.32. uet̄ ſm locū. Sic igit̄ alicui corpi moto localiter:neceſſe
Solo ad eſt aſſignare locū ſm φ in illo motu ꝯſideraт̄ ſucceſſio di
poſitiōnē uerſoꝝ corpoꝝ in eodē loco. In his igit̄ que mouent̄ mo
Alexan- tu recto manifeſtū eſt φ duo corpa ſuccedūt ſibi in loco
dri moti. ſm totū:quia totū vnū corpus dimittit totū locū:⁊ in ipſuʒ
totuʒ ſubintrat aliud corpus:vn̄ neceſſe eſt φ corpus qd̄
mouet̄ motu recto ſit in loco ſm ſe totuʒ. In motu auteʒ
circulari:lʒ totū fiat in diuerſis locis rōne:nō tn̄ totū mu
tat locuʒ ſubo:ſemp.n.remanet idē locus ſubo:ſed diuer
Lec.u.l. ſificat̄ rōne tm̄:vt in.6⁰ hui⁹ dicet̄. Sʒ ptes mutāt locū:
nō ſolū rōne:ſed ſubo. Attēdit̄ g̃ in motu circulari ucceſ c.84.
ſio in eodē loco nō totoꝝ corpoꝝ:ſed ptiū eiuſdē corpis.
Nō igr̄ corpi qd̄ circulariter mouet̄ debet̄ ex neceſſitate
locus ſm totū:ſed ſm ptes.⁋ Sed cōtra h̄ eē videt̄ φ
ptes corporis ꝯtinui nō ſunt in loco.neqʒ mouent̄ ſm lo
cū:ſed totū mouet̄:⁊ totū eſt in loco. Manifeſtū eſt autē
φ vltima ſpera eſt corpus continuum:partes igitur eius
nec ſunt in loco:nec mouētur ſm locū:⁊ ſic nō videt̄ veꝝ
φ vltime ſpere debeat̄ loc⁹ rōne ptiū.⁋ Sed ad h̄ dōm
eſt φ partes toti⁹ ꝯtinui:lʒ nō ſint in loco in actu:ſunt tn̄
in loco in potētia:ſʒ φ ꝯtinuū eſt diuiſibile. Pars.n.ſi ſit
diuiſa:erit i toto ſicut in loco:vn̄ p hūc modū ptes ꝯtinui
mouent̄ in loco. Et h̄ maxie apparet in ꝯtinuis humidis
q̄ ſunt facilis diuiſiōis:ſicut in aq̄:cui⁹ ptes inueniunt̄ mo
ueri īfra totā aquā. Sic igit̄ quia aliq̄d dr̄ de toto rōne ptiū
inq̄ʒtū ptes vltime ſphere ſūt in loco in potētia:tota vlti
ma ſpera ē in loco p accñs rōne ptiū:⁊ ſic eē in loco ſuffi
cit ad motū circularē.⁋ Si qs aūt obijciat φ id qd̄ eſt i
actu eſt p̄us eo qd̄ eſt in potētia:⁊ ſic videt̄ incōueniēs:φ
p̄mus motus localis ſit corporis exiſtētis in loco p ptes q̄
ſūt in potētia in loco.⁋ Dōʒ eſt g̃ φ hoc optime cōgruit
motui. Neceſſe ē.n.φ gradatim ab vno imobili deſcēda
tur ad diuerſitatē que eſt i mobilibus. Minor aūt varia
tio q̄ eſt ſm partes exñtes in loco in potētia:q̄ʒ q̄ eſt ſʒ to
ta exiſtētis in loco in actu. Vn̄ p̄mus motus q eſt circula
ris minus hʒ de diffoꝛmitate:⁊ plus retinet de vniformi
tate:ꝓpinquior exiſtēs ſubſtātijs imobilibus. Multo āt
ꝯuenienti⁹ eſt dicere φ vltima ſpera ſit in loco ꝓpter par
tes ſuas intrinſecas:q̄ʒ pp cētrū qd̄ eſt oīno extra ſubaʒ
ei⁹:⁊ magis ꝯſonat opiniōi Ari.vt pʒ īſpiciēti ſequētia:in
quibus phs manifeſtat quomodo celum ſit in loco.ibi.

⁋ Quapropter etiā ſi aq̄ fuerit tale:ptes q̄deʒ ipſius
mouebunt̄. Alia nāqʒ aliā ꝯtinet. Vniuerſū aūt ptiʒ
mouebit̄ ptim haud mouebit̄. Vt totū eni ſil locum
nō mutat. Verſat̄ tn̄ ptim enim hic locus eſt:⁊ ſur
ſum q̄dē ⁊ deorſū nō mouet̄. Quedā aūt ꝟſant̄:⁊ q̄
dā ſurſū atqʒ deorſum mouent̄:q̄ dēſitateʒ habent:
ac raritatem.

⁋ Unde ⁊ ſi aqua fiat huiuſmodi:partes quidē
mouentur ipſius:continentur enim ſubinuicē.
Omnis autē eſt tanq̄ʒ quod mouebitur:⁊ tan
quam non:ſic quidem enim tota ſimul locum
non mutat. Circulariter autē mouebit̄. Partiū
enim hic locus eſt:⁊ ſurſuʒ quidē ⁊ deorſū nō:
circulo aūt. Quedam vo alia ⁊ deorſum ⁊ ſur
ſum quecunqʒ habent denſitatem ⁊ raritatem.

⁋ Circa h̄.n.duo facit. Prio.n.manifeſtat qūo ſpera vltīa
eſt in loco.2⁰ īfert ꝯcluſionē ex dictis ibi[Vn̄ mouet̄ cir
culariter.] Circa p̄m tria facit. Prio manifeſtat φ vltima
ſpera eſt in loco p partes.2⁰ qūo ptes eius ſint in loco.ibi
[Sicut aūt dcm̄ eſt:alia q̄dē.] 3⁰ qūo ex ptib⁹ cōpetat to
ti eē i loco.ibi[Et alia q̄dē p ſe.] Quia g̃ dixerat φ cui nō
eſt aliqd̄ ex ꝯtinēs nō eſt i loco p ſe:ꝯcludit φ ſi aliquod
huiꝰ corp⁹ qd̄ nō ꝯtinet̄ ab alio ſicut ē vltīa ſpera ſit aq̄:
in q̄ magis apparet qd̄ dī pp facilē diuiſionē partiū:ptes
eius mouebunt̄ inq̄ʒtū ꝯtinent̄ ſubinuicē:ſic quodāmō
in loco exiſtētes. Sed tota aq̄ quodāmō mouebit̄:⁊ quo
dāmō nō. Nō.n.ſic mouebit̄ φ tota ſil mutet locū:quaſi
trāſlata in aliū locū ſubo diuerſum:ſed mouebit̄ circula
riter.qui q̄dē motus reqrit locū ptiū:⁊ nō toti⁹:⁊ nō mo
uebit̄ ſurſuʒ ⁊ deorſuʒ:ſed circulariter. Quedā aūt moue
bunt̄ ſurſum ⁊ deorſuʒ mutantia locū ſm totū.ſ.corpora
rara ⁊ dēſa vel grauia ⁊ leuia.⁋ Secundo ponit ibi.

¶ Vt aūt dictū est: quedā in loco potētia sūt quedaꝫ actu. Idcirco cū id qđ est similiū partiū ꝯtinuū est: tū partes potētia sūt in loco. Sed cū sūt separate: atqꝫ; vt in emulo sit se tangunt: tum in loco sunt actu.

T.c.44. ¶ Sicut autem dictum est: alia quidem sunt in loco ꝯm potentiam: alia ꝟo ꝯm actum. Unde cum quidem continuū sit quod est similis partis: ꝯm potentiam in loco partes sunt. Cum autem separata quidem sunt: tangant autem se; sicut collectio. ꝯm actum sunt.

¶ Ondit qūo partes vltime spere sūt in loco: ꝛ dicit ꝙ sicut supra dictū est quedam sunt in loco in actu: q̄daꝫ ꝯm potentiā. Unde cū aliquod sit ꝯtinuū similiū ꝑtiuꝫ: ꝑtes eius sūt in loco ꝯm potētiā. sicuti ē in vltia spera. Sꝫ qn̄ ꝑtes sunt sepate ꝛ solū ꝯtigue sicut accidit in collectione lapidū: tūc ꝑtes sunt in loco ꝯm actum. ¶ Tertio ibi.

¶ Et rursus alia qdem per se: vt oē corp᷒: aut latiōe: aut accretione mobile per se alicubi est. Celū aūt vt dcm̄ est nō est alicubi totū: neqꝫ est vllo i loco: si nullū ipm̄ cōtinet corpus. Sed quo mouet: hoc ꝛ locus est ꝑtibus. Alia nāqꝫ partium aliꝫ heret. Alia ꝟo per accn̄s: vt aia atqꝫ celū. Oēs nāqꝫ partes quodāmō sunt in loco. Circūquaqꝫ enim alia aliam continet.

T.c.45. ¶ Et alia quidē per se sunt: vt omne corpus aut ꝯm loci mutationem: aut augmentum mobile alicubi per se. Celum autem sicut dictuꝫ est nō est alicubi totū. neqꝫ in aliquo est. Siquidē nullum continet ipsum corpus: ꝯm quod auteꝫ mouetur sic ꝛ locus est partibus. Altera enim ab altera habita partium est. Alia ꝟo ꝯm accidens vt anima ꝛ celum. Partes enim in loco quodammodo omnes sunt. In eo enim quod circulariter sunt: continet alia aliam.

¶ Ondit qūo ex hoc sequit totā sperā esse in loco. ꝛ dicit ꝙ quedā sunt per se in loco: sicut oē corpus qđ per se mouet in loco. vel ꝯm loci mutationē vel ꝯm augmētū vt supra dcm̄ est. Sꝫ celū. i. vltima spera. nō est h̄ mō in loco sicut dcm̄ ē. cū nullū corpus ꝯtineat ipm̄: sed ꝯm ꝙ mouetur circulariter ꝑtib᷒ sibi inuicē succedētib᷒. sic ꝛ locus debet ꝑtib᷒ ei᷒ in potētia. vt dcm̄ ē: inq̄tū scilꝫ vna ꝑs eius est habita. i. ꝯtiter se habēs ad aliā. Quedā ꝟo ꝯm accn̄s sūt in loco. sicut aia ꝛ oēs forme: ꝛ h̄ etiā modo celū. s. vltima spera est in loco: inquātū oēs eius ꝑtes sūt i loco. ex eo ꝙ vnaqueqꝫ ꝑs eius ꝯtinet sub alia ꝯm circulationē. In corpore. n. nō circulari ꝑs extrema remanet nō ꝯtēta: sed ꝯtinēs tm̄. Sed in corpore circulari quelibet ꝑs ē cōtinēs ꝛ contēta in potētia tm̄. Unde rōne oīum partiū suaꝝ corpus circulare est in loco. Et hoc accidit eē per accidēs. s. per partes: sicut supra cum dixit ꝙ partes corporis mouentur p accidens in loco. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter supremū qdē corpus versat. Uniuersū aūt alicubi nō est: ꝛ ipm̄ est aliqd. Quod eni alicubi est: ꝛ ipm̄ est aliqd: ꝛ insup aliqd aliud extra se hꝫ qđ ꝯtinet. At ꝓter vniuersū ac totuꝫ: nihil est extra. Et propterea oīa sūt in celo: forsitan enī celū est vniuersum. Est aūt locus nō ipm̄ celū: sed aliquid eius: vltimus inq̄ꝫ finis qescēs quo corpus mobile tāgit. Et idcirco terra in aqua: hec in aere: aer in ethere: ꝛ ether in celo est collocatus. Ipsum ꝟo celum nullo in alio corpore est vlterius collocatum.

¶ Unde mouet circulariter solū qđ sursuꝫ est. Oē aūt nō alicubi est. Qđ enī alicubi: ipm̄ aliqd est. ꝛ adhuc aliqd opꝫ eē extra h̄: in quo qdē ꝯtinet. Extra aūt oē ꝛ totū: nihil est. ¶ Et ꝓpter h̄ oia in celo sūt. Celū enī qdē oē fortassis est. Est aūt locus nō celū: sed celi quiddā vltimū: ꝛ tangens mobilis corporis terminus qescēs. Et ꝓpter h̄ qdē terra in aq̄: hec ꝟo in aere: hic autē i ethere. Ether ꝟo in celo: celū aūt non amplius in alio. T.c.44.

¶ Inducit quandā ꝯclusionē ex predictis: qꝛ. n. dixerat ꝙ corpus qđ circulariter mouet non opꝫ esse in loco ꝯm totū: sed solū p accn̄s rōne ꝑtium: ꝯcludit ꝙ corpus supremū mouet solū circulariter ꝓp h̄ ꝙ ipꝫ totū nō est alicubi. qꝛ qđ est alicubi ipsum est aliquid: ꝛ hꝫ aliqd extra se a quo ꝯtinetur: sed extra totū nihil est. Et ꝓp h̄ oia dr̄ eē in celo: sicut in vltimo ꝯtinente: qꝛ celū fortassis est qđ ē totū ꝯtinens. Dicit aūt [fortassis] qꝛ nōdum ꝓbatū est ꝙ extra celū nihil sit. Non est aūt sic intelligendū ꝙ ipsum corpus celi sit locus. sed quedā sup̄ficies vltima eius versus nos: ꝛ est sicut terminus tāgens corpa mobilia que in ipso sunt. Et ꝓp h̄ dicim᷒ ꝙ terra est in aq̄ que est i aere: q est in ethere. i. igne: q est in celo: qđ nō est vlterius in alio. d. glō. c. Cor. elementū ignis.

¶ Scđm ꝟo intētionem Auer. littera ista aliter exponenda est. Nā exēplū de aqua qđ primo inducit non est referendum ꝯm ipsum ad vltimaꝫ sperā: sed ad totū vniuersum: qđ qdē mouetur inquantū ꝑtes eius mouent: q̄dam qdē circulariter vt corpa celestia: q̄dam ꝟo motu sursum vel deorsum vt inferiora corpa. Qđ ꝟo postmoduꝫ inducitur ꝙ q̄dā sunt in loco actu: q̄dā potētia nō est referendā ad ꝓus dicta: sꝫ opꝫ vt ꝓp se dictū accipe. Quia. n. dixerat ꝙ quedā sunt in loco ꝯm ꝑtes: q̄dā ꝯm totū: consequēter adiungit ꝙ q̄dā sunt in loco ꝯm actū: quedam ꝯm potentiā. ꝛ vlterius ꝙ q̄dā sunt in loco p se: q̄dā p accidens. Ubi notandū est ꝙ celū ꝯm ipsum dupl'r accipit h̄. Naꝫ ꝓmo celū accipit pro vniuersitate corpoꝝ. ꝛ maxime celestium. Scđo p vltima spera. Dicit ḡ ꝙ p se sunt in loco q̄ mouent ꝯm locū: siue ꝯꝫ totū: siue ꝯm ꝑtes: vt celū ꝛ vniuersū: p accn̄s aūt sunt in loco: vt aia ꝛ celū. i. vltia spera: qꝛ opꝫ dicere ꝙ oēs ꝑtes vniuersi aliquo mō sint in loco. Ultima qdem spera p accn̄s: alia ꝟo corpora per se. inquātum ab exteriori corpore continentur. Et hoc manifestat vsqꝫ in finem.

LEC. VIII.

¶ Pꝫ aūt ex his: si hoc mō locus dicat: dubitationes oēs solui facile posse. Neqꝫ enī vna cū corpore necesse est locū incremēta suscipere: neqꝫ locū eē puncti: neqꝫ in eodē corpora eē duo: neqꝫ internallū quidē corporeū eē. Corpus est enī quoduis id qđ est inter fines corpis ꝯtinētis: sed nō corpis spatiū. Est ēt ꝛ ipse locus alicubi: nō vt in loco: sed vt finis in eo: qđ ē finitū. Nō ē. n. i loco oē qđ ē: sꝫ tm̄ mobile corpus.

T.c.47. Manifestū aūt ex his qm̄ ꝛ dubitationes oēs soluunt sic vtiqꝫ dicto loco. Neqꝫ vtiqꝫ simul argumētari necesse est locū: neqꝫ pūcti eē locū: neqꝫ duo corpora i eodē loco: neqꝫ spatiū aliqđ eē corporeū: corpus aūt mediū loci ꝯtigens est: sed non spatiū corpis: ꝛ ē locus alicubi: nō sicut in loco aūt: sed sicut terminus in finito. Non enim oē quod est; in loco est; sed mobile corpus.

Lec.1.p totum. Postq̃ phs oñdit qd ſit locus:hic ex diffōne data ſoluit dubitationes ſupra poſitas de loco. Fuerūt aūt ſupra poſite ſex rōnes ad oñdēdū locū nō eē:q̃ rū duas ptermiſit:illā.ſ.in q̃ ingrebaẜ:vtrū loc⁹ eēt elemētū vel ex elemētis:⁊ itez illā in qua oſtendebatur ꝙ ad nullū genus cāe locus reducatur. Non.n.a ponētibus locū:ſic poniẜ quaſi elementū vel cā rez. Unde facit mētionē ſolū de quatuoꝛ reſiduis:quaꝝ vna erat ꝙ cum locus non deeſſet corpi nec corpus loco:videbaẜ ſeq ꝙ aug
6a rō. mentato corpe augmenteẜ locus. Sed h ſeqẜ ſi ſupponatur ꝙ locus ſit ſpatiū quoddā coextenſum dimenſionib⁹ corporis:vt intelligaẜ illud ſpatium creſcere creſcēte corpore:ſed h nō eſt neceſſe ſm diffinitionē pdictaȝ de loco
Scda. ꝙ ſit terminus ꝯtinētis. Alia rō fuit ꝙ ſi locus corporis aliud eſt a corpe:ꝙ ēt locus pūcti aliud ſit a pūcto. quare non videbaẜ poſſibile ꝙ locus ſit aliud a corpore:cum locus puncti non ſit aliud a pūcto. Sed hec ēt rō procedit ſm imaginationē coꝝ q opinabanẜ locū eſſe ſpatiū coequatū dimenſionibus corporis:vñ oportebat ꝙ cuilibet dimēſiōi corpis rñderet dimēſio ſpatij.⁊ ſılr cuilibet pūcto corpis. Sed h nō opȝ dicere ſi ponam⁹ locū eē termi
Prima nū ꝯtinētis. Alia rō fuit ꝙ ſi locus eſt aliqd:opȝ ꝙ ſit corpus:cū habeat tres dimēſiones:⁊ ſic ſequeẜ duo corpa eē in eodē loco. Sed ſm eos q ponebāt locū eē terminū corporis ꝯtinētis:nō opȝ dicere neqȝ ꝙ duo corpa ſint in eodē loco:neqȝ ꝙ ſit aliqđ ſpatiū corporeū mediū īter extre
Quarta mitates corpis ꝯtinētis:ſed ꝙ ſit ibi quoddā corpus. Itē alia rō fuit ꝙ ſi oē qđ eſt:eſt in loco:ſequeẜ ꝙ ēt locus ſit in loco. Que qdē rō de facili ſoluiẜ:ſuppoſito ꝙ locus ſit termin⁹ ꝯtinētis. Manifeſtū eſt.n.ſm h ꝙ loc⁹ eſt in aliquo.ſ.in corpe ꝯtinente.non tñ ſicut in loco:ſed ſicut terminus in aliqua re finita. vt pūctū in linea:⁊ ſupficies in corpore. Non.n.neceſſarium eſt ꝙ omne qđ eſt ſit in aliquo ſicut in loco:ſed h nečē eſt ſolum de corpore mobili. Motus.n.induxit ad diſtinguendū inter locatū ⁊ locū.

¶ Deide cum dicit.

¶ Et ferẜ igiẜ quodqȝ cū rōne ſuū ad locū. Quod enī poſt aliqđ deinceps eſt collocatū:ac illud nō violentia tāgit:id propinquū eſt illi natura:atqȝ ſi copulata quidem ſint:paſſione carent. Si vō ſe tangāt:paſſiua ſunt viciſſim atqȝ actiua.

T.c.40. ¶ Et ferẜ igitur in ſuiipſius locū vnūquodqȝ rōnabiliter. Cui.n.ꝯſequēter ⁊ qđ tāgitur nō vi ꝓximū eſt. Et ſimul apta nata:impaſſibilia ſunt. Que vō tāgunẜ ⁊ actiua ⁊ paſſiua ſūt adinuicē.

¶ Aſſignat ex pdicta diffōne rōnē ꝓprietatū loci. Et pmo quātū ad h ꝙ corpus nālr ferẜ ad ꝓpriū locū. Scdo quātū ad h ꝙ corpus nālr qeſcit ī ſuo loco.ibi[Et manet igitur nā.] Dicit ḡ pmo ꝙ ſi ponaẜ locus eē termin⁹ ꝯtinentis rōnabiliter aſſignari pōt cā. quare vnumqđqȝ corpus feraẜ ad ꝓpriū locū.q2 illud corpus ꝯtinēs ad qđ ꝯñr ſe hȝ corpus ꝯtētū ⁊ locatum.⁊ qđ ab eo tangiẜ terminis ſil exiſtētibus.⁊ h nō p violētiā.eſt ꝓximū ſm nām. Ordo n.ſitus in ptibus vniuerſi attēdiẜ ſȝ ordinē nāe. Nā corpus celeſte qđ eſt ſupremū:eſt nobiliſſimū. Poſt qđ inter alia corpora ſm ignobilitatē nāe eſt ignis.⁊ ſic deinceps vſqȝ ad terrā. Vñ manifeſtū eſt ꝙ corpus inferius qđ ſe hȝ ꝯñter ſm ſitū ad corpus ſupius.eſt ꝓximū ſibi in ordine nature. Et ideo addit[nō vi] vt oſtēdat naturalem ordinem ſitus.cui rñdet ordo ſitus nālis:⁊ excludat ordinē ſitus violētū:ſicut aliqñ p violētiā corpus terreſtre eſt ſuper aerē vel aquā.⁊ huiꝰ duo corpora ſe ꝯñtia in naturali ordine ſitus:⁊ in ordine nārū ſimul apta nata eſſe ſunt impaſſibilia.i.cū ꝯtinuanẜ adinuicē.⁊ fiūt vnum ad qđ aptitudinē hñt pp ꝓpinqtatē nāe tūc ſunt īpaſſibilia. Sȝ dū tangunẜ diſtincta exiſtentia pp ꝯrietatē qlitatū actiuaꝝ ⁊ paſſiuaꝝ ſunt actiua ⁊ paſſiua adinuicem. Sic igitur proximitas nature que eſt inter corpus continēs ⁊ cōtētū:eſt cauſa q̄re corpus nālr moueẜ ad ſuū locū:q2 opȝ ꝙ gradus nālium locoꝝ reſpondeant gradui nāliū locatoꝝ.vt dcm̄ eſt. Sed hec rō nō pōt aſſignari ſi ponaẜ locus eē ſpatiū:q2 in dimenſionibus ſpatij ſeparatis:nullus ordo nāe conſiderari poteſt. ¶ Secundo ibi.

¶ Manet pterea quoduis ꝓprio in loco nō ſine rōne ſuapte nā. Etenī hec pars toto in loco:vt diuiſibilis pars eſt ad totū. Veluti cū aeris qſpiā vel aque mouerit ptē. Sic etiā ex aqua ſeſe ad aerē hēt. Nā alteꝝ eſt velut materies:alteꝝ forma. Aqua qdē materies aeris:aer autem quaſi quidam illius actus. Aq̄ nāqȝ potentia aer eſt. At aer alio modo potentia aq̄. Sed de his eſt poſterius pertractandū. Atqȝ id qđ nunc neceſſitate cōpulſi tpis hīc ad locū attulimus:obſcureqȝ eſt dictum:tunc dilucidius explicabitur. Quod ſi idem eſt materies atqȝ actus:ambo namqȝ eſt aq̄:ſed alterum potentia:alterum actu:ipſa ſane ad aerem:vt pars quodāmō ſe habet ad totum. Quapropter ⁊ his eſt tactus. Copulatio vō tunc erit:cum ambo fuerint vnum actu. Sed eſſe quidem locum:⁊ quidnam ſit locus:ſatis iam diximus.

¶ Et manet igiẜ nā in ꝓprio loco vnūqđqȝ rōnabiliter. Et nāqȝ hoc pars ī toto loco:ſicut diuiſibilis pars ad totū eſt:vt cū aque aliquis moueat ptē:aut aeris. ¶ Sic aūt ⁊ aer ſe hȝ ad aquā: T.c.41.
vt mā:h aūt ſpēs. Aqua qdē mā aeris.aer autē ſicut actus quidā ipſius. Aqua enīȝ potētia aer eſt:aer vō potētia eſt aq̄ alio mō. Determinādū aūt de his poſterius eſt. Sed ꝓpter tēpus neceſſe qdē dicere. Incerte aūt nūc dictū:tūc erit certius. Si igiẜ idē mā ⁊ actus:aqua.n.vtraqȝ ſȝ hoc qdē potētia:illud vō actu.habebit vtqȝ ſicut ps quodāmō ad totū. Vñ ⁊ his tact⁹ ineſt. Copulatio aūt cū vtraqȝ actu vnū fiāt. Et de loco quidē ⁊ quoniā eſt:⁊ quid eſt.dictum eſt.

¶ Aſſignat cām q̄re corpa nālr qeſcant ī ſuis locis:⁊ dicit ꝙ h accidit rōnabilr ſi ponam⁹ locū eſſe terminū corpis ꝯtinētis:q2 ſm h corpus locatū ſe hȝ ad corpus cōtinēs ſicut qdā ps ad totū:diuiſa tñ. Et h manifeſtius appet in corpib⁹ q̄ ſunt facilis diuiſiōis:ſicut eſt aer vel aq̄. Horū 4. celi
enī ptes pñt moueri ab aliq̄ in toto ſicut locatū moueẜ in 35.
loco. Et h ēt nō ſolū veꝝ eſt ſm figurā ꝯtinendi vnū ſub alio:ſȝ ēt ſm ꝓprietatē nāe. Aer.n.ſe hȝ ad aquā vt totū:q2 aq̄ eſt vt mā:aer aūt vt forma. Nā aq̄ eſt q̄ſi mā aeris:⁊ aer eſt ſicut forma eius. Qđ ex hoc appet:q2 aq̄ eſt in potentia ad aerē ſimplr. Sed veꝝ ē ꝙ ēt aer eſt quodā alio p° lec.6
mō in potētia ad aquā:vt determinabiẜ poſterius in li° 3.c.18.
de generatione. Sed ad pñs tps neceſſe eſt hoc accipe ad vbi ſupra
oſtēſionē ꝓpoſiti:ſed hic nō declaraẜ pcertitudinē:ſȝ in lib° de gnātione declarabiẜ certius. Ibi.n.diceẜ ꝙ cū ex aq̄ generaẜ aer:eſt corruptio ſȝ qd:⁊ gnātio ſimplr.pp h ꝙ pfectioꝛ forma introduciẜ:⁊ ipfectioꝛ abyciẜ. Cū aūt ex aere gñaẜ aq̄:eſt corruptio ſimplr ⁊ gnātio ſm qd:q2 pfectioꝛ forma abyciẜ ⁊ impfectioꝛ introduciẜ. Sic igiẜ aq̄ ſimplr eſt in potentia ad aerē ſicut impfectū ad pfectuȝ:aer aūt eſt in potētia ad aquā ſicut pfectū ad impfectuȝ:

Uñ aer se hȝ vt forma ⁊ vt totū qḋ hȝ rōnē forme: aqua vō se hȝ vt mā ⁊ vt pars q̄ ptinet ad rōnē mãe. Quanuis igiẗ idē sit ⁊ mã ⁊ act⁹: qꝛ aq̄ in se ꝯtinet vtrūqȝ: sed tñ h̄ gdē est in potētia ꝑprie loquēdo. s. aqua sicut imperfectū illud vō. s. aer in actu vt perfectū: vñ habebit se aq̄ ad aerē quodāmō sicut ps ad totū. Et iō his. s. aeri ⁊ aq̄ cū sint duo distīcta inest tactus. Sed cū ex vtrisqȝ fit vnū: vno trāseūte in nãm alteri⁹: tūc fit copulatio. i. ꝯtinuatio. Sicut igiẗ ps nãlr gescit in toto: ita ⁊ nãlr corpus gescit in suo loco nãli. ¶ Cōsiderādū tñ ē ꝙ ph̄s hic loqẗ de corporib⁹ ꝑm formas sbales q̄s hñt ex influētia corpis celestis: qḋ est p̄m⁹ locus: ⁊ dãs vtutē locatiuā oib⁹ alijs corporib⁹: ꝑm aūt q̄litates actiuas ⁊ passiuas ē ꝯrietas iter elemēta: ⁊ vnū ē corruptiuū alteri⁹. Ultio aūt epilogādo cōcludit qḋ dcm̄ ē de loco: ⁊ qḋ ē: ⁊ quid est. LEC. IX.

¶ Eodē mō aūt putandū est nãlis esse phī de vacuo cōtēplari: quēadmodū ⁊ de loco si sit: nec ne: ⁊ quonaȝ sit mō: aut qd tādē sit. Etenī silr crediẗ: atqȝ nō crediẗ: per ea q̄ de ipso putanẗ. Naȝ qui dicūt vacuū eē: vt locū quēdā ⁊ vas: ipȝ ponūt. At plenū gdē eē videtur cū hȝ eā molē: cuius est susceptiuū. Uacuū aūt illa eadē caret: qꝛ idē est vacuū: plenuȝ ⁊ locus. Esse vō ipsorum nō idē est: sed diuersum.

T.c.50. Qdē aūt mō accipiēdu: physicī eē cōsiderare de vacuo: ⁊ si ē: aut nō: ⁊ quō ē: ⁊ qd est: sicut ⁊ de loco. Et nāqȝ simile hȝ credulitatē ⁊ fidē per ea q̄ opinanẗ. Ut. n. locū quendā ⁊ vas vacuū ponūt dicētes. Uideẗ aūt eē plenū gdē cū hȝ graue: cui⁹ susceptiuū ē. Cū vō priuatū ē: vacuū: tāq̄ȝ idē gd sit vacuū ⁊ plenū ⁊ loc⁹: eē aūt ipsis nō ideȝ.

Postq̄ȝ ph̄s determinauit de loco: hic termiat de vacuo. Et circa h̄ duo faẗ. Prio manifestat suā itētionē. 2⁹ ꝓseqẗ ꝓpositū. ibi [Alij gdē igiẗ.] Circa p̄m duo facit. Prio ondit ꝙ ad ph̄m nãlē ptinet determinare de vacuo. Scḋo ondit q̄ ordie de vacuo determinādū sit. ibi [Incipe aūt.] Dicit ḡ ꝙ sicut ad ph̄m nãlē ptinet determinare de loco an sit. ⁊ gd sit: ita ⁊ de vacuo: qꝛ per siles rōnes aliq crediderunt eē locū ⁊ vacuū. Illi. n. q dicūt eē vacuū: ponūt ipȝ vt quēdā locū ⁊ q̄ddā vas: qḋ gdē vas vel loc⁹ vr̄ eē plenū: cū hȝ itra se aliq̄ȝ molē alicui⁹ corpis: sȝ qñ nō hȝ vr̄ eē vacuū: ac si idē subo sit locus: vacuū: ⁊ plenū: sed differant solū ꝑm rōnē. ¶ Secūdo ibi.

¶ Incipiam⁹ aūt ꝯsiderationē opȝ: ⁊ hisce que dicūt hi qui vacuū asserūt eē: ⁊ his ēt que dicūt: qui ipm e medio tollūt: ⁊ tertio coib⁹ de ipsis opionib⁹ sūptis.

T.c.51. ¶ Incipere aūt opȝ ꝯsiderationē accipiētes que dicūt affirmātes eē: ⁊ iteꝝ q̄ dicūt nō affirmantes esse: ⁊ iteꝝ cōmunes opiniones de ipsis.

¶ Ondit quo ordine determinādū sit de vacuo: ⁊ dicit ꝙ opȝ icipe ab h̄ ꝙ ponam⁹ rōnes eoꝝ q dicūt vacuū eē: ⁊ iteꝝ eoꝝ qui dicūt vacuū nō eē: ⁊ iteꝝ cōes opiniones de vacuo: que. s. ad rōnē vacui ptineāt. ¶ Deīde cū dicit.

¶ Qui igiẗ nō eē conaẗ ostēdere: nō id e medio tollūt qḋ hoies dicere vacuū volūt. Sȝ qḋ dicūt errātes: vt Anaxagoras: ⁊ qui hoc redarguūt mō. Nā aereȝ aliqd esse demōstrāt torquētes vtres: ac aerē roboris eē participē ostēdētes: ⁊ itē ipm in hisce vasis includētes: que surripiūt aquā. At hoies vacuū spatiū eē volūt: in quo nullū est sensibile corpus. Atqȝ cuȝ oē qḋ est: corpus eē existimēt: id in quo nihil est omnino: vacuū eē dicūt. Quapropter id qḋ ē aere plenū: vacuū inquiūt eē. Nō igiẗ id ostēdere eos opȝ: aerē inq̄ȝ aliqd eē. Sed spatiū nō eē gcq̄ȝ p̄ter corporum molē: aut separabile: aut actu: qḋ quidē vniuersum corp⁹ seiūgit: vt nō sit ꝯtinuū: quēadmodū Democritus ⁊ Leucippus ⁊ cōplures alij nãliū dicūt: aut etiā si quid ponitur extra corpus continuū vniuersi. Hi igitur ad propositū non recte proficiscuntur.

¶ Alij gdē igiẗ tentātes mōstrare: qꝛ nō est: non qḋ hoies volūt dicere vacuū h̄ arguūt: sȝ peccātes dicūt sicut Anaxagoras ⁊ qui eodē mō argumētātes. Demōstrāt enī ꝙ aliqd est aer litigantes per vtres: ⁊ demōstrātes ꝙ aer est fortis: ⁊ accipiētes in clepsydrijs. Alij aūt hoies volunt vacuū eē spatiū: in quo nullū corpus sensibile. Clepsydra ... quod est ... vas continens aquam ...

T.c.52. ¶ Opinātes aūt oē qḋ est eē corpus: dicunt oino in quo nihil est: hoc eē vacuū. Uñ plenū aere vacuū est. Igiẗ hoc nō opȝ mōstrare: qꝛ ē aliqd aer: sed qꝛ nō est alteꝝ spatiū a corporibus neqȝ sepabile qḋ sit actu. qḋ distiguat oē corpus: vt sit nō ꝯtinuū: sicut dicūt Democrit⁹ ⁊ Leucippus: ⁊ alij multi physiologoꝝ. Aut ⁊ si aliqḋ extra oē corpus est: cū sit ꝯtinuū. ¶ Hi gdē igiẗ non ꝑm posita ad problema contradicunt. T.c.53.

¶ Proseqẗ qḋ dcm̄ est. Et p̄ p̄mittit ea q̄ sūt necessaria ad ingrēdū vitatē de vacuo. Scḋo icipit ingrere vitateȝ. ibi [Qm̄ aūt nō est.] Circa p̄m duo facit. Prio ponit rōnes ponētiū ⁊ negantiū esse vacuū. Scḋo ponit cōes opiones de vacuo: ondēs gd sit de rōne vacui. ibi [Ad q̄lē aūt ⁊c.] Circa p̄m duo facit. Prio ponit rōnē negātiū eē vacuū. 2⁹ rōnes affirmātiū. ibi [Sed affirmātes.] Dicit ḡ p̄ ꝙ aliq antiquoꝝ ph̄oꝝ volētes mōstrare nō esse vacuū: in h̄ peccauerūt: ꝙ nō arguebāt ꝯtra rōnē ponētiū eē vacuū. Nō enī ondebāt ꝙ nō sit vacuū: sed iducebāt rōnes suas ad ondēdū ꝙ plenū aere nō est vacuū: vt pȝ de Anax. ⁊ alijs silr argumētātibus: q ad destruēdū vacuū volebāt demōstrare ꝙ aer sit aliqd. ⁊ ita cū vacuū sit in quo nihil est: seqẗ ꝙ plenū aere nō sit vacuū. Qꝛ aūt aer sit aliqd demōstrabāt litigātes cū suis aduersarijs p vtres: q cū sint inflati pñt aliqḋ pōdus sustinere: qḋ nō eēt nisi aer eēt aliquid: ⁊ sic demōstrāt ꝙ aer est fortis. Et ēt p h̄ ꝙ accipiūt aerē in clepsydrijs idest in vasis furātib⁹ aquā in qb⁹ cuȝ attractione aeris attrahiẗ aq̄: vel ēt ipediẗ itroitus aque nisi exeat aer. Pȝ igiẗ ꝙ isti nō obijciūt ad positioneȝ: qꝛ oēs ponētes eē vacuū: volūt eē vacuū spatiū in quo nullū corpus sensibile est: pp h̄ ꝙ oē qḋ est: opinanẗ esse corpus sensibile: ⁊ sic vbi non est corpus sensibile dicunt nihil eē. Uñ cū aer sit corpus modicū sensibile: opinanẗ ꝙ vbi non est nisi aer. sit vacuū. Ad destruēdū igitur eorum pōnem non sufficit ondere ꝙ aer sit aliquid: sed opȝ ostēdere ꝙ non sit aliqḋ corpus vel aliqḋ spatiū sine corpore sensibili ꝑm ꝙ dupliciter aliq ponebant esse vacuȝ: vno modo sicut sepatū a corporibus vt si diceremus spatium qḋ est infra extremitates alicuius domus esse vacuum: alio mō sicut actu existens inter corpa qḋ distinguit corpora ab inuicem: vt non sint ꝯtinua: vt dixerunt Democritus ⁊ Leucippus: ⁊ multi aliorū nãlium ph̄oꝝ. Imaginabanẗ. n. ꝙ si totū ens esset ꝯtinuū: oia essent vnum: nō

eni eēt assignare q̄re magis distinguerent̄ corpa plus hic q̄ ibi. Unū iter oīa corpa distincta: ponebāt itteresse aliqd̄ spatiū vacuū: in quo nullū ens eēt. Et q: Democritus ponebat corpora cōponi ex multis corporibus idiuisibilib⁹ ponebat itermedia illoꝝ corpoꝝ idiuisibiliū eē quasdaʒ vacuitates q̄s dicebat poros: ⁊ sic oīa corpora dicebat cōponi ex pleno ⁊ vacuo. Uel si etiā totū corpus mundi sit cōtinuū: ⁊ nō sit inter partes vniuersi aliq̄ vacuitas: ponebat tñ vacuū extra totū mūdū. Manifestū est igit̄ ꝙ predicti phi volētes destruere vacuū nō iducebāt rōneʒ ad qōnem ſm pōnem alioꝝ. debuissent. n. ostendere ꝙ nullo illoꝝ modorum sit vacuum. ¶ Secundo ibi.

¶ Sed hi magis qui vacuū eē dicūt. Atq3 pmo qdē motū loco accōmodatū nō fore dicūt: q qdeʒ ē latio atq3 accretio. Nō eni eē motus vr: nisi sit vacuū. Fieri nāq3 nō pōt: vt ipm plenū suscipiat. Qđ si susceperit fueritq3 duo corpa i eodē: pōt ⁊ quotquot volueris corpa simul eē. Dr̄ia nāq3 dici nō pōt ob quā dictū hoc nō eueniet. Qđ si hoc erit: pōt ⁊ minimū suscipe maximū: qppe cū ipsū magnū multa sit parua. Quare si fit vt equalia multa sint in eodeʒ: fieri pōt vt multa quoq3 ineq̄lia simul sint in eodem.

¶ Sed affirmātes esse magis dicūt: vnū qdē q: motus ſm locū nō erit: hic aūt est loci mutatio ⁊ augmētū. Nō eni videbit̄ vtiq3 motus eē nisi sit vacuū. Plenū eni ipossibile ē recipere. Si vero recipiat: ⁊ sunt duo in eodē: ɔtinget vtiq3 ⁊ q̄libet simul esse corpora. Differētiam. n. ppter quā nō erit vtiq3 qđ dictū est: nō erit dicere. Si aūt hoc ɔtinget: ⁊ paruissimū accipiet maximū. Multa nāq3 parua magnū sunt. Quare si multa eq̄lia ɔtinget in eodē esse: ⁊ multa inequalia.

¶ Ponit rōnes ponētiū eē vacuū. Et primo coꝝ qui locuti sunt de vacuo nālr. Scđo coꝝ qui locuti sūt nō nāliter ibi. Esse aūt affir. ⁊c. Circa pᵐ duo facit. Pˀio ponit rōnē coꝝ q ponebāt vacuū esse quoddā spatiū a corpib⁹ separatū. Scđo coꝝ qui ponebāt vacuū in corpib⁹. ibi. Alio vero mō ⁊c. Circa pᵐ duo facit. Pˀio ponit rōnē ponētiū esse vacuū. Scđo ponit: qūo Melissus ecōuerso illa rōne vtebat̄. ibi. Melissus qdē igit̄. Dicit ḡ pmo ꝙ illi qui affirmabāt vacuū eē magis iducebāt rōnes ad ꝓpositū: quaꝝ vna erat ꝙ motus ſm locū q est loci mutatio ⁊ augmentatio (vt supra dictū est) nō esset. si vacuū nō esset. Qđ sic ostēdebāt. Si. n. aliqd mouet̄ ſm locū nō pōt moueri in plenū: q: locus plenus vno corpore nō pōt recipere aliud: q: si reciperet: sequeret̄ duo corpora eē in eodē loco. ⁊ eadē rōne sequeret̄ de q̄cūq3: nō. n. pōt assignari dr̄ia: q̄re duo corpa sint in eodē loco: ⁊ nō plura. Et si h ɔtingit. s. ꝙ quotcunq3 corpa sint in eodē loco: sequet̄ ꝙ paruissimus locus possit recipere maximuʒ corpus: q: multa pua ɔstituūt vnū magnū: vnde si multa parua equalia sint i vno loco: ⁊ multa inequalia: Sic ergo probata hac conditionali: ꝙ si motus est: vacuū est: arguebāt a positione antecedentis: motus est: ergo vacuū est. ¶ Secundo ibi.

¶ Melissus aūt ⁊ vniuersū ex his ostēdit imobile eē. Nā si mouebit̄: nece ē ingt vacuū eē. At vacuū in rōne reꝝ nō ē. Uno igit̄ mō ex his vacuū qd eē ostēdūt.

T.c.54. ¶ Melissus qdē igit̄ demōstrat ꝙ oē imobile ex his. Si. n. mouebit̄ aliqd: nece esse vacuū dicit.

T.c.55. Uacuū aūt nō est coꝝ q̄ sūt. ¶ Uno qdē igitur modo ex his demōstrāt ꝙ aliquid est vacuum.

¶ Ondit ꝙ Melissus supposita eadē ɔditionali argumētabatur ecōuerso a destructione ɔñtis: q: si motus est: vacuū est: sed vacuū non est: ḡ motus non est: ḡ totū ens est imobile. Iste est igitur vnus modus. quo aliq probabant vacuum esse q̄si separatū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Deinde alio modo: q: nōnulla corpa premi: cogiq3 videtur: qđ intueri licet: cū dolia vna cū vtri bus (vt inquiūt) vinū suscipiūt: ꝓpterea ꝙ corpus quod densatur: ea vacua que insunt ingreditur.

¶ Alio vero mō: q: vident̄ q̄dā coeūtia ⁊ calcantia: vt ⁊ vinū dicūt cū vtribus recipere dolia: tāquā in ea q̄ sunt vacua coeunte dēsato corpore.

¶ Ponit tres rōnes ponentiū vacuū esse in corporib⁹: q̄rū pma est ex his que ɔdensant̄. Uident̄. n. coꝝ q̄ inspissant̄ ptes coire vel ɔuenire in inuicē: ⁊ se inuicē calcare ⁊ cōprimē: ita ꝙ sicut fert̄. dolia tātū de vino recipiūt cū vtrib⁹ q̄tū ēt sine vtrib⁹. ⁊ pcipue si vtres sint subtiles. Propter h ꝙ vinū in vtrib⁹ ɔdēsari videt̄. Hāc aūt ɔdensationē fieri existimabāt. ac si dēsato corpore: partes subintrarēt in quasdā vacuitates. ¶ Secundā rōnem ponit ibi.

¶ Preterea accretio etiā per vacuū fieri oīb⁹ videt̄: nā alimētū qdeʒ est corpus. Fieri vero non potest: vt corpora duo sint simul.

¶ Amplius aūt ⁊ augmentū videtur omnibus fieri per vacuū. alimentū qdē corpus esse. Duo aūt corpora impossibile simul esse.

¶ Que sumit̄ ex augmēto. Augent̄. n. corpora p alimētuʒ qđ corpus quoddā est. Duo aūt corpora nō pñt eē in eodē loco. ḡ opʒ eē aliq̄s vacuitates in corpe augmētato in q̄b⁹ recipiat̄ alimētū. Et sic necesse est eē vacuū. ad h ꝙ recipiatur alimētū. ¶ Tertiam rationem ponit ibi.

¶ Teste ē ēt hui⁹ id afferūt: qđ in cinere fieri solet: qui quidē tātū suscipit aque: quantum vas vacuū capit.

¶ Testimoniuʒ aūt ⁊ qđ est de cinere faciūt: qđ recipit tantū aque: quantū si vas vacuū esset. T.c.56.

¶ Que sumit̄ ex vase pleno cinere qđ tātū recipit de aqua quantū si eēt vacuū. qđ nō esset nisi essent alique vacuitates inter partes cineris. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Esse aūt ⁊ pithagorici vacuū dixerūt: ⁊ ipm ex infinito spū celū igredi: quasi respirādo celū ipm: etiaʒ vacuū traheret: qđ nās ipas distiguit. Proptereaq3 vacuū separatio quedā est coꝝ atq3 distictio que deinceps sunt collocata: atq3 hoc (inquiunt) pmū in numeris esse. Uacuū eni nām ipsorum distinguere dicunt. Talia igitur ⁊ tot fere sunt ex quibus quidam esse: quidam non esse vacuum censent.

¶ Esse aūt affirmāt ⁊ pithagorici vacuū ⁊ igredi ipm in celo ex infinito spū tāq̄ʒ respiranti: ⁊ h eē vacuū: qđ determinat nās: tāq̄ʒ sit vacuū separatio q̄dā coꝝ q̄ sunt ɔsequēter ⁊ determinatio: ⁊ hoc eē primū in numeris. ¶ Uacuū. n. determinare numeꝝ ipoꝝ. ¶ Ex q̄b⁹ qdē igit̄ aliq̄ dicant̄ eē: aliq̄ vero nō dicūt: fere tot ⁊ huius sūt. T.c.57.

¶ Ponit opiniones nō nāliū de vacuo: ⁊ dicit ꝙ ēt Pithagorici affirmauerunt eē vacuū: qđ qdem igrediebat̄ intra partes mūdi a celo: ꝑꝑ vacuū infinitū qđ ponebāt eē extra celum: quasi quēdam aerem vel spiritū infinitum: vt sicut ille q respirat diuidit suo flatu aliq̄ faciliter diuisibilia:

uisibilia: vt aquā aut huiuſcē: ita ex aliquo quasi respirante ingrederet̄ distinctio in res: qḋ nō intelligebant fieri nisi per vacuū. sicut de Democrito dictū est: ac si vacuū nihil esset aliud q̄ distinctio reꝝ. Et q2 pma distinctio ꝛ pluralitas inuenitur in numeris: ideo vacuū primo ponebant in numeris vt per nām vacui vna vnitas distingueret̄ ab alia: ne numerus sit continuus: sed habeant naturam discretā. Sed q2 isti quasi equiuoce loquebant̄ de vacuo appellantes reruz distinctionē vacuum: pp hoc infra de hac opinione non prosequitur. Ultimo aūt quasi epilogando concludit dictum esse propter quid quidā dicunt esse vacuum: ꝛ quidam non dicunt. LEC. X.

¶ At nos vt pcipiamus vtronā mō res sese habeat: accipiamus oportet quid ipsum nomen significat.

Ad quale autem se habeat oportet accipere quid significet nomen.

Dixerat superius Phs a tribus eē inclpiēdū. Postq̄ ḡ prosecutus est duo eoꝝ. s. opiniōes negātiū ꝛ affirmantiū vacuū eē. Hic prosequit̄ tertiū cōes opiniōes hoīum de vacuo demonstrās. Circa hoc igit̄ tria facit. Primo ondit qd significet̄ noīe vacui. Scdo ondit qūo vacuū aliq eē posuerunt. ibi [Qm̄ aūt de loco.] Tertio excludit rōnes ponentiuz vacuū esse. ibi [Neq3 vna aūt.] Circa primū duo facit. Primo ostēdit de quo est intētio. Scdo exequit̄ ppositū. ibi [Uidet̄ aūt ꝛc.] Dicit ḡ primo ꝙ cū dictuz sit ꝙ qdā posuerūt vacuū eē: qdā vō negauerūt: ad cognoscēdū qualr se hz veritas: opz accipere tanq̄ pnicipiū qd significet nomen vacui. Sicut. n. cū dubitat̄ an aliq̄ passio insit alicui subiecto: opz accipere p pncipio qd sit res: ita cū dubitat̄ de aliquo an sit: opz accipe p medio qd significet nomē. Questio. n. quid est: sequit̄ q̄stionez an esse. ¶ Scdo ibi.

¶ Uacuū igit̄ locuz esse videt̄ in quo nihil est. Quod quidē ide euenit. Oē. n. qḋ est: corpus eē existimāt: ꝛ oē corpus eē in loco: ꝛ vacuū eē locū: in quo nullū est corpus. Quare si alicubi nō est corp⁹: ibi nihil eē dicunt. Rursus oē corpus tāgibile esse putant: ꝛ tale vt grauitatis aut leuitatis sit particeps. Fit igitur per ratiocinationem vt id sit vacuum in quo non est graue quicq̄ vel leue. Hec igitur vti diximus per ratiocinationem eueniunt.

¶ Uidet̄ autē vacuū locus esse: in quo nihil est. Huius aūt causa est: q2 oē qḋ est: corpus opinātur eē. Oē aūt corpus in loco est: vacuū autē in quo nullū corpus est. Quare sic vbi nō est corpus: nihil est hic. Corpus aūt iterū oē opinant̄ esse tāgibile: huius aūt est qḋ habet grauitatē aut leuitatē. Accidit igitur ex syllogismo hoc eē vacuū in quo nullū est graue aut leue. Hec quidez igit̄ ex syllogismo (sicut prius diximus) accidūt.

¶ Ostēdit qd significet nomē vacui. Et pmo ponit significationē cōmuniorē. Scdo significationē s̄m visuz Platonicoꝝ. ibi [Alio aūt mō.] Circa pmū tria facit. Primo ondit quid significet hoc nomē vacuū. Scdo qd opz addere ad illā significationē. ibi [Sed icōueniēs est.] Tertio remouet quādā dubitationē. ibi [Unde ꝛ sic ꝛc.] Dicit ergo ꝙ s̄m opinionē hoīum videt̄ vacuū nihil aliud significare q̄ locū in quo nihil sit. Et huius cā est: q2 pprie vacuū dicit̄ eē in quo nō est aliqḋ corpus: q2 soli corpori cōuenit ꝙ sit in loco: ꝛ vacuū nihil aliud pōt significare: q̄ locū absq3 locato. Sed q2 hoīes opinant̄ ꝙ oē ens sit corpus: sequitur s̄m eoꝝ opinionē ꝙ vbi nō est corpus: nihil sit. Et vlterius opinant̄ ꝙ oē corpus sit tāgibile. i. habēs tāgibiles qualitates: ꝛ huiusmodi corpus est qḋ est graue vel leue. Nōdū enim erat notū ꝙ corpus celeste eēt pter nām q̄tuor elemētoꝝ. Unī cū pprie de rōne vacui sit ꝙ sit locus in quo nō est aliqḋ corpus. sequit̄ ꝙ vacuū sit in quo nō est corpus graue vel leue. Non quidez ꝙ hoc sit de rōne vacui s̄m primā impositionē nominis: sed s̄m quādā syllogisticam deductionē: ex cōi opiniōe hoīuz opinātiū oē corpus esse graue vel leue: sicut etiā s̄m opinionē cōez hoīuz existimātiū oē ens eē corpus: sequit̄ vacuū eē in quo nihil ē. Sic igit̄ trib⁹ modis pōt accipi huius nōis significatio. Una est ppria. s. vacuū est hoc in quo nō est corpus: alie due s̄m opinionē hoīuz: quarū vna est cōior. s. vacuuz est loc⁹ in quo nihil est: alia vō est magis coartata. s. vacuū ē locus in quo nō est corpus graue vel leue. ¶ Scdo ibi. Trib⁹ modis pōt accipi huius nois vacuum significatio.

¶ Absurdum autem est si punctus sit vacuuz. Sit. n. id locus oportet in quo corporis est tangibilis moles. Attamen vacuū vno quidez mō videt̄ id dici qḋ nō est plenuz corporis sensibilis tactu. Sensibile vō est tactu: qḋ grauitatem habet vel leuitatem.

¶ Sed icōueniēs est: si pūctū vacuū sit. Opz. n. locū esse in quo loco corporis sit spatiū tāgibilis. Sic igitur videt̄ dici vacuū vno qdē mō nō plenum sensibili corpe s̄m tactū. Sensibile aūt s̄m tactum est grauitatem habens aut leuitatem. T. c. 58.

¶ Ostēdit qd addēdū sit ad hanc diffinitionē. Dicit. n. ꝙ incōueniēs est si dicat̄ ꝙ pūctū sit vacuū: cum tamen de pūcto dici possit ꝙ in puncto nō sit corpus tāgibile. Opz ergo addere ꝙ vacuū sit locus in quo nō sit corpus tāgibile. sed sit ibi spatiū susceptiuū corporis tāgibilis. Sicut cecū dicit̄ qḋ caret visu: natū aūt habere. Et sic cōcludit̄ ꝙ vno modo dr̄ vacuū spatiū qḋ non est plenū corpe sensibili s̄m tactum: qḋ. s. est graue vel leue. ¶ Tertio ibi.

¶ Idcirco ꝛ quispiam dubitauerit: quidnam dicent: si spatium colorem habeat aut sonum. Uacuum ne: an non vacuum esse. At vt patet vacuum esse dicēt: si corpus tangibile suscipere possit. Uacuuz nō esse: si illud suscipere nequeat.

¶ Unī si dubitabit aliqs qd vtiq3 dicat si habeat hoc spatiū colorē: aut sonū: vtrū vacuū an non. Aut manifestū est siquidez accipiat corpus qḋ tangitur vacuum esse: si vō non: minime.

¶ Remouet quādā dubitationem. Que est: vtrū si in aliquo spatio sit color vel sonus dicendū sit vacuū vel non: ꝛ hoc pp̄ter diffinitionē pmo datā. s. vacuū est in quo est nihil. Et soluit ꝙ si spatiū in quo est tn̄ son⁹ vel color est susceptiuū corporis tāgibilis: vacuū est. Si vō nō: vacuū nō est. Et hoc iō q2 hec nō est ppria diffinitio vacui. Uacuum est in quo nihil est: nisi s̄m opinionem credentiuz vbi non est corpus: nihil esse. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alio vō modo id in quo non est hoc aliquid: neq3 substātia corporea vlla. Quapropter quidaz vacuū esse corporum materiam dicunt: qui quidem ꝛ locuz hoc idem asserunt esse. non recte dicentes: vt patet. Materia nāq3 separabilis nō est a corporibus. Uacuum autem vt separabile querunt.

¶ Alio aūt mō in quo nō est hoc aliqd. neq3 substātia aliqua corporea. Unde qdā dicūt vacuū esse corporis mām: q qdē ꝛ locū dicētes idē h: T. cō. 59.

nõ bene. Materia quidẽ.n.nõ sepabilis est a re-
bus. Uacuum autem querunt sicut separabile.
℄ Ponit aliã significationẽ vacui ſm visuz Platonicorũ.
τ dicit ꝙ alio mõ dĩ esse vacuũ in quo nõ ẽ h aliqd:neqꝫ
aliq̃ suba corporea:fit aũt h aliqd per formã.Uñ aliq di-
cũt mãm corporis ſm ꝙ est absqꝫ forma eẽ vacuũ:q etiã
Lec.3.4 mãm dicũt eẽ locũ.vt supra dictũ est. Sed nõ bñ dicũt:
co.15. q2 mã nõ est separabilis a rebus quarum est materia:sed
homines querunt locum τ vacuum tanq̃ aliquid separa
bile a corporibus locatis.℄ Deinde cum dicit.
℄ Quoniã autem de loco est pertractatum:τ vacuũ
necesse est locũ eẽ:si corpe careat:dictũqꝫ ẽ qño est:
τ qño nõ est locus in reb⁹:pꝫ hoc pacto vacuũ aut se
paratũ:aut inseparabile in rõne rerũ nõ eẽ. Uacuuꝫ
eniꝫ nõ corpus sed corporis spatiũ eẽ volunt. Qua-
¶ Fit aūt e medio mutatio: vtiť .n. ipo vt ꝯrio ad vtrū q;. Eſt .n. mediū quodāmō ipa extrēa. Quapropter ꝛ hoc ad illa: ꝛ ad hoc ꝯria quodāmō dicunť: ceu media fidiū grauis ad vltimā diciť: ꝛ acuta ad p̄mā. Fuſcū etiā albū ad nigrū dicitur: ꝛ nigrum ad album.

¶ Ex medio aūt mutať. vtiť enim ipſo: ſicut qđ eſt contrarium ad vtrūq;. Etenī; quodāmodo medium vltima. Unde ꝛ hoc ad illa: ꝛ illa ad hoc quodāmodo dicūtur cōtraria. Ut vox media

dia grauis ad vltimā: subtilis ad extremam. Et fuscum album ad nigrum: ꝛ nigrum ad albū.

¶ Manifestat qdā qđ dixerat.s.ꝙ mot⁹ sit in mediis: ꝛ dicit ꝙ ꝯtigit mutari ex medio ad vtrūqꝫ extremoꝝ: ꝛ ecōuerso: īquātū.s.possum⁹ vti medio vt ꝫrio respectu vtriusqꝫ extremi. Mediū enī īquātū hꝫ ꝯueniētiā cū vtroqꝫ extremoꝝ est quodāmō vtrūqꝫ eoꝝ. ꝛ iō pōt dici h ad illō: ꝛ illud ad h. Sicut si dicā ꝙ media vox īter grauez ꝛ acutā [est grauis ad vltimā] .i.p cōparationē ad acutā ꝛ [ē subtilis] .i.acuta p cōparationē [ad extremā] .i.ad grauē. Et fuscū ē nigrū p cōparationē ad albū. ꝛ ecōuerso. LEC. II.

¶ Cū aūt ois mutatio e quopiā sit ad qppiā: vt ipsuꝫ quoqꝫ nomē significat: quoꝝ aliud pˀus: aliud posterius est. Id qđ mutat̄ mutari q̄tuoꝛ modis pōt. Aut enim e subiecto ad subiectum: aut e non subiecto ad non subiectum: aut e non subiecto ad subiectuꝫ: aut e subiecto ad non subiectuꝫ mutatur. Dico autem id subiectum qđ affirmatione significatur.

T.c.7. Quoniā aūt ois mutatio est a quodā: ꝛ in qddā. māifestat ēt vtrūqꝫ nomē. post aliud enī aliqd. ꝛ aliud qdē pri⁹: aliud aūt monstrat posteri⁹: ꝛ mutabit mutans quadrifarie. Aut eniꝫ ex subiecto in subiectū: aut ex subiecto in nō subiectū: aut ex nō subiecto in subiectū: aut ex nō subiecto in nō subm. Dico aūt subiectū affirmatione monstratum.

Tex.xi. c.6. Postq̄ ph̄s distinxit motū p se a motu p accidēs. Hic diuidit mutationē ꝛ motū p se in suas spēs. Ubi ꝯsiderādū est ꝙ Ar. supra in tertio. vbi motuꝫ diffiniuit accepit nomē mot⁹ sꝫ ꝙ est cōe oib⁹ spēb⁹ mutatiōis. ꝛ h mō accipit hic nomē mutatiōis: motū aūt accipit magis stricte pro q̄dā mutatiōis spe. Diuidit̄ g̃ pars ista in ptes duas: qꝛ pmo diuidit mutationē in suas spēs. quaꝝ vna est mot⁹. In scđo subdiuidit motū ī suas spēs. ibi [Si igit̄ pdicamēta.] Circa pmū duo fac̄. Prio ponit diuisionē mutatiōis. Scđo manifestat ptes diuisiōis. ibi [Ex nō subiecto qdē.] Circa pmuꝫ tria fac̄. Prio pmittit quedā necessaria ad diuisionē mutatiōis. Scđo ꝯcludit ex pmissis mutationis diuisionē. ibi [Quare necesse est.] Tertio excludit quādā obiectionē. ibi [Que.n.est ex non subiecto.] Dicit g̃ pmo ꝙ cum ois mutatio sit a quodā in quiddā: vt manifestat̄ ex ipo mutatiōis noie: qđ denotat aliqd eē post aliud: ꝛ aliud eē pˀus: ꝛ aliud posteri⁹: necesse est his suppositis ꝙ oē qđ mutat̄ q̄tuoꝛ modis mutetur. Aut enī vterqꝫ termin⁹ est affirmat⁹: ꝛ sic dicit̄ aliqd mutari ex subiecto in subiectuꝫ: aut terminus a quo est affirmatus ꝛ terminus ad quem est negatus: ꝛ sic dicitur aliquid moueri ex subiecto in non subiectum: aut econuerso termin⁹ a quo est negat⁹ ꝛ termin⁹ ad quē affirmatus: ꝛ sic dicit̄ aliqd moueri ex nō subiecto in subiectum: aut vterqꝫ termin⁹ est negatus: ꝛ sic dicit̄ aliquid mutari ex nō subiecto in nō subiectū. Nō enim accipitur hic subiectum eo modo quo sustinet formaꝫ: sed omne id qđ affirmatiue significatur dicit̄ hic subiectū. ¶ Secundo ibi.

¶ Quare ex dictis tres mutatiōes eē necesse est: eā q̄ e subiecto est ad subiectū: ꝛ eā que e subiecto ad non subiectuꝫ: ꝛ eam que e nō subiecto est ad subiectum.

¶ Quare necesse est ex his que dicta sunt tres eē mutationes. s. ex subiecto in subiectū: ꝛ ex subiecto in nō subm: ꝛ ex non subiecto in subiectum.

¶ Cōcludit ex pmissis diuisionē mutatiōis. ꝛ dic̄ ꝙ necessario ex pmissis sequit̄ ꝙ tres sint mutatiōis spēs: quarū vna est ex subiecto ī subiectū: sic cū aliqd mutat̄ de albo in nigrū. Alia aūt ē ex subo ī nō subm: sic cū aliqd mutat̄ de eē in nō eē. Tertia est ecōuerso ex nō subiecto ī subm: sicut cum aliquid mutat̄ de nō esse in esse. ¶ Tertio ibi. Tres sunt mutatiōis species.

¶ Ea nāqꝫ que est e non subiecto ad non subiectum non est mutatio: qꝛ per oppositionem non est. Neqꝫ enim contraria: neqꝫ contradictoria est.

¶ Que eni est ex nō subiecto in nō subiectuꝫ non est mutatio: ppter hoc ꝙ nō est sm ꝯtrapositionem. Neqꝫ eniꝫ cōtraria neqꝫ contradictio est.

¶ Excludit quādā obiectionē. Posset eniꝫ aliqs obijcē ꝙ cū pmiserit q̄tuoꝛ modis aliqd mutari: debuisset ꝯcludē quatuoꝛ eē spēs mutatiōis: ꝛ nō tres tm̄. Sꝫ hāc obiectionē excludit dicēs ꝙ nō pōt eē aliq̄ mutatiōis spēs de nō subiecto in nō subm: qꝛ ois mutatio est īter opposita: due aūt negatiōes nō sūt opposite. Neqꝫ.n. dici pōt ꝙ sint ꝯrie: neqꝫ ꝙ sint ꝯdictoria. Et huiꝰ ēt signū ē: qꝛ qualscūqꝫ negatiōes ꝯtingit sīl eē veras de aliquo vno ꝛ eodē: sicut lapis: nec ē san⁹ nec eger. Unñ cū mutatio per se sit solū in cōtrarijs ꝛ ꝯdictione: vt supra dcm̄ est: sequit̄ ꝙ ex negatiōe in negationē nō sit mutatio per se: sꝫ solū sic mutat̄ aliqd per accñs. Cū enī aliqd fit de albo nigrū: fit etiā per accidens de nō nigro non album. ꝛ per hunc modū dixit aliquid mutari ex non subiecto in non subiectū. Qđ autē est per accidēs in aliquo genere: nō potest esse spēs illius generis. ꝛ ideo ex nō subiecto in non subiectum nō potest esse aliqua mutationis spēs. ¶ Deinde cum dicit. Tex.i.t. c.6.

¶ Ea igit̄ mutatio q̄ per ꝯdictionē e non subiecto est ad subiectū: generatio est: alia simplex q̄ est simplr: alia q̄dā q̄ est cuiusdā. Uelut ea qdeꝫ q̄ e nō albo ad albū: huius est generatio. Ea vō que est ex eo qđ nō est simpliciter ad substātiā: generatio simpliciter est: qua qdē simpliciter fieri: ꝛ nō aliquid fieri dicimus.

¶ Ex nō subiecto qdeꝫ igit̄ in subm mutatio sm cōtradictionē generatio ē. Alia qdē simplr simplex. Alia vō q̄dā cuiusdā: vt ex nō albo ī albū: generatio quidē huiꝰ est. Que vō ex nō eē simpliciter in substātiā est: generatio simpliciter est: sm quam fieri ꝛ non fieri simpliciter dicimus. Tex. autē nostra ponēs pro lo[c]o in cōposito

¶ Manifestat ptes posite diuisiōis. Et circa h tria facit. Prio manifestat duas ptes diuisiōis. Scđo ondit ꝙ neutra earū est mot⁹. ibi [Si igit̄ qđ nō est.] Tertio ꝯcludit ꝙ residua ps diuisiōis est mot⁹. ibi [Qm̄ aūt mot⁹.] Circa pmū duo fac̄. pmo māifestat vnā ptē diuisiōis. Scđo scđaꝫ. ibi [Que vō ex subo ī nō.] Dic̄ g̃ p° ꝙ illa mutatio q̄ est ex nō subo in subm ē īter opposita sꝫ ꝯdictionez: ꝛ vocat̄ gnātio q̄ ē mutatio de nō eē in eē. Sꝫ hec ē duplex. q̄dā.n.ē simplex generatio: q̄ aliqd simplr generat̄. Alia vō est generatio q̄dā q̄ aliqd sꝫ qd generat̄. Et ponit exēplū de vtraqꝫ generatiōe: ꝛ p° de scđa: dicēs ꝙ cū aliqd mutat̄ de nō albo ī albū [est generatio huiꝰ] ꝛ nō simplr. Et scđo de p°: ꝛ dic̄ ꝙ illa generatio q̄ ē ex nō eē simplr in ens qđ ē suba: est generatio simplr: sꝫ quā simplr dicim⁹ aliqd fieri ꝛ nō fieri. Cū.n. generatio sit mutatio de nō eē in eē: sꝫ illū modū dr̄ aliqd generari ꝙ ex nō eē in eē mutat̄. Cū aūt ex nō albo fit albū nō mutat̄ aliqd ex non eē simplr in eē simplr. Qđ.n. mutat̄ ppzie subm ē: subm aūt albi est aliqđ ens actu. Unñ cū subm māeat in tota mutatiōe: ēt in principio mutatiōis erat ens actu simplr loquēdo: nō tñ erat ens actu h.s. albū. ꝛ iō nō dr̄ fieri simplr: sꝫ fieri h.s. albū. Subꝫ vō forme subalis nō ē aliqd ens actu: sꝫ ens ī Generatio quid ꝛ duplex.

Cõtra ponẽtes plures formas substãles in cõposito.

po⁹tñ.s.mã p⁹:q̃ i pn⁹ generatiõis ẽ sub ꝑuatiõe:i fine vo sub forma.ꝛ iõ ꝛ3 generationẽ substãtie fit aliqd simplr. ¶ Et ex h haberi põt ꝙ ꝛ3 nullã formã q̃ ꝑsupponit aliã formã in mã:attẽditur generatio simpliciter:sed solũ ꝛ3 quid:q: quelibet forma facit ens actu. ¶ Secundo ibi.

¶ Ea vo q̃ ad nõ subm est ex subo corruptio ẽ simplr qdẽ:ea q̃ ẽ e substãtia ad ipsuz nõ eẽ. Quedã aũt ea: q̃ ẽ ad negationẽ oppositã:vt in generatiõe ẽ dictũ.

¶ Que vo ex subo i nõ subm corruptio ẽ. Simplr qdẽ q̃ ex suba in nõ eẽ ẽ. Quedã aũt ẽ.q̃ ẽ in oppositã negationẽ:sicut dcm̃ est in generatiõe.

Corruptio i qd ꝛ quotuplex.

¶ Manifestat aliã partẽ diuisiõis:ꝛ dicit ꝙ illa mutatio que est ex subo in nõ subm.vocat corruptio.Sed q̃dã est corruptio simplr:q̃.s.est ex eẽ substãtiali in nõ eẽ:q̃dã vo est in oppositã negationẽ cuiuscũqz affirmatiõis.sicut de albo in nõ album que est corruptio huiusmodi:sicut ꝛ de generatione dictum est. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igit id qd nõ ẽ multis dr modis.ꝛ neqz id moueri põt qd in cõpositiõe diuisiõeqz ꝯsistit:neqz id qd ẽ potẽtia:qd qdẽ ei opponit qd ẽ simplr.nã id qdẽ qd est nõ albũ aut nõ bonũ:moueri per accñs põt. Esse eni id hõ põt:qd ẽ nõ albũ. Jd aũt qd nõ hoc simplr est nullo pacto moueri põt. Fieri.n. nõ põt:vt id qd nõ ẽ:moueat. Jmpossibile ẽ ꝓfecto generationẽ eẽ motũ:id eni qd haud est generat. Nã etsi q̃z maxie ꝑ accñs generat:vere tñ de eo:qd simplr generatur id dici põt:ipsum inq̃z id eẽ:qd haud ẽ. Simili sane mõ fieri etiã negt:vt ipsuz idẽ qescat. Hec igit difficilia accidunt huic moueri inq̃z id qd non est.

T.c.8. ¶ Si igit qd nõ est dr multiplr:ꝛ neqz qd est ꝛ3 cõpositionẽ aut diuisionẽ ꝯtingit moueri:neqz qd est ꝛm potẽtiã qd ei qd est simplr ꝛm actuz oppositũ est. Hoc qdẽ.n.nõ albũ aut nõ bonũ: tñ ꝯtingit moueri ꝛ3 accidẽs.erit eni hõ nõ alb⁹. Qd aũt simplr nõ hoc aliqd est:hoc nullo mõ cõtingit moueri. Jmpoñe est.n.qd nõ est:moueri. Si aũt hoc:ꝛ generationẽ eẽ motũ impossibile erit. Fit eni qd nõ ẽ. Si eni ꝛ qd ex nõ ente maxime ꝛm accñs fit. S3 tñ vex ẽ dicẽ ꝙ ẽ:qd nõ ẽ de eo qd fit simplr. Similr aũt ꝛ qescere. Hec igit accidũt icõueniẽtia: si moueatur qd nõ est.

Generationẽ non esse ꝓbat duplici ratione.

Prima

Non ens tripliciter primo.

¶ Ostẽdit ꝙ neutra ꝑdictaꝝ partiũ est mot⁹. Et p̃ ꝙ generatio nõ sit mot⁹. Scdo ꝙ neqz corruptio.ibi[Neqz iam corruptio.] Primũ ꝓbat duab⁹ rõnib⁹. Quarũ p̃ma talis est. Qd simplr nõ est hoc aliqd:nõ põt moueri:q: qd non est nõ mouet:s3 qd generat simplr:nõ ẽ hoc aliqd:est.n. nõ ens simplr:g̃ qd generat simplr nõ mouet.ergo generatio simplex nõ est mot⁹. Ad mãifestationẽ aũt p̃me ꝓpositiõis:dicẽ ꝙ nõ ens dr triplr:ꝛ duob⁹ modis dictũ nõ ens nõ mouet:tertio mõ dictũ mouet per accidẽs. Uno mõ dr ens ꝛ nõ ens ꝛm diuisionẽ ꝛ cõpositionẽ ꝓpositionis:put sũt idẽ cũ vero ꝛ falso.ꝛ sic ens ꝛ nõ ens sũt i mẽte tñ:siue in rõne tñ:vt dicit in.6.meta^{ce}. vñ nõ cõpetit eis motus. Alio mõ dicit nõ ens qd est in potẽtia: ꝛm ꝙ

Lec.4.t.cõ.3.

Scdo

Tertio.

esse in potẽtia opponit ei qd est eẽ in actu simplr.ꝛ hoc ẽt nõ mouet. Tertio mõ dicit nõ ens qd est in potẽtia que nõ excludit eẽ in actu simplr:sed eẽ actu hoc:sicut nõ album dicit nõ ens ꝛ nõ bonũ.ꝛ hui⁹ nõ ens cõtingit moueri:sed per accidẽs:ꝛm ꝙ hui⁹ nõ ens accidit alicui existenti in actu:cui cõpetit moueri:sicut cuz hõ est nõ alb⁹.

Qz aũt id qd simplr nõ est hoc aliqd:nullo mõ mouet. nec per se neqz per accidẽs:p3 ex hoc ꝙ impoñe est qd nõ est:moueri.vñ impoñe est generationẽ eẽ motũ. Jllud.n. qd nõ est fit siue generat. Et quãuis (vt in p̃mo hui⁹ dcm̃ est) ex nõ ente fiat aliqd per accidẽs:ex ente aũt in potẽtia ꝑ se.nihilominus tñ vex ẽ dicẽ de eo qd fit simplr.ꝙ simplr nõ ẽ:vñ moueri nõ põt:ꝛ eadẽ rõne nec qescẽ:vñ generatio nec mot⁹ est:nec qes. Hec igitur inconueniẽtia sequunt si qs ponat generationem esse motũ.s.ꝙ nõ ens moueatur ꝛ quiescat. ¶ Secundam rationem ponit ibi. Lec.14. t.c.75. T.c.75.

¶ Et si oẽ qd mouet i loco sit:id aũt qd nõ ẽ:in loco nõ sit:erit.n.alicubi:id ꝓfecto qd haud ẽ:nõ mouet.

¶ Et si omne qd mouetur:in loco est:qd autez non est:non est in loco:esset enim alicubi.

Scdo

¶ Que talis est. Oẽ qd mouet est in loco:s3 qd nõ est:nõ ẽ in loco:q: posset de eo dici ꝙ alicubi eẽt.g̃ qd nõ ẽ nõ mouet.ꝛ sic idẽ qd supra. Ueritas aũt p̃me ꝓpositiõis appet ex hoc:ꝙ cũ motus localis sit p̃mus motuũ:op3 ꝙ oẽ qd mouet moueat ꝛm locũ:ꝛ ita sit in loco. Remoto.n.p̃ori remouent que consequẽter sunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neqz ergo corruptio mot⁹ ẽ:motui nãqz mot⁹ cõtrari⁹ ẽ:aut qes. At corruptio ꝯtrariũ ẽ generatiõi.

¶ Neqz iam corruptio motus est. Contrarium quidem.n.motui motus aut quies. Corruptio autem generationi contrarium est.

Corruptionem nõ eẽ motũ ꝓbat.

¶ Probat ꝙ corruptio non sit motus:q: motui nihil contrariat nisi motus vel quies:sed corruptioni cõtrariatur generatio:que neqz est motus neqz quies:vt ostensuz est. ergo corruptio non est motus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cũ aũt oĩs mot⁹ sit q̃dã mutatio:tres vo sint mutatiões q̃s diximus:quarũ due q̃ in ꝯdictiõe ꝯsistũt:generatio inq̃z atqz corruptio mot⁹ nõ sint:vt ostendim⁹: motũ eã eẽ solã mutationẽ necesse ẽ:qua e subiecto ad subiectũ accedit. Subiecta vo aut ꝯtria sunt aut media. Eteni ꝑuatio ponit cõtrariuz. Atq nudum:ꝛ album:ac nigrum affirmatione significantur.

¶ Qm̃ aũt mot⁹ mutatio q̃dã est:mutatiões aũt tres sunt dicte. Hax aũt q̃ sũt ꝛm gñationẽ ꝛ corruptionẽ:nõ sũt mot⁹:he aũt sũt ꝛm ꝯdictionẽ: necẽ ẽ ex subo i subm mutationẽ motũ eẽ solũ. Subta ãt aut ꝯtria aut media. Et ꝑuatio.n.põit ꝯtriũ:ꝛ mõstrat affirmatõe nudũ:ꝛ albũ:ꝛ nigꝝ T.c.9.

¶ Cõcludit ex p̃missis ꝙ residua pars supra posite diuisionis sit motus. Cũ.n.motus sit quedã mutationis spẽs:q: in eo est aliqd post aliud:qd supra dixit ad rõnẽ mutationis ꝑtinere:mot⁹ aũt neqz est generatio neqz corruptio q̃ sunt mutatiões ꝛm ꝯdictionẽ:relinquit ex necessitate cũ nõ sint nisi tres spẽs mutationis ꝙ motus sit mutatio de subto i subm.ita tñ ꝙ ꝑ[duo subta].i.ꝑ duo affirmata intelligimus ꝯtria aut media:q: etiam ꝑuatio quodãmõ est contrariũ.ꝛ qñqz significat affirmatiue. vt nuduz qd est priuatio:ꝛ albũ ꝛ nigrũ.que sunt ꝯtria. LEC. III.

¶ Si igitur ꝑdicamẽta diuisa sint:ꝛ aliud sit substantia:aliud quantitas:aliud qualitas:aliud vbi: aliud ad aliquid:aliud actio:aliud passio:tres esse motus necesse est:quantitatis qualitatis ꝛ loci.

Si igit ꝑdicamẽta diuisa sũt suba ꝛ q̃litate ꝛ vbi ꝛ qñ ꝛ ad aliqd ꝛ quãtitate ꝛ facere ꝛ pati:necesse est tres eẽ motus:quãtitatis ꝛ qualitatis ꝛ ꝛm locũ.

Postq̃

Postq̄ Phs diuisit mutationē in generationem ꝛ corruptionē ꝛ motū: hic subdiuidit motum in suas ptes. Et q2 oppositoꝝ est eadē sciētia: p̄ assignat spēs mot⁹. Scđo ostendit quot modis imobile dicat. ibi [Immobile aūt.] Circa p̄mū duo fac. Pmo ponit quādā cōditionalē per quā accipit diuisio motus in suas ptes. Scđo manifestat cōditionalē p̄missam. ibi [Scđm substantiā aūt.] Cōcludit ergo ex p̄missis q̄ cū motus sit de subiecto in subiectū: subiecta autē sint in aliquo genere predicamētoꝝ: necesse est q̄ spēs motus distinguant̄ fm genus p̄dicamētoꝝ: cū motus denominationē ꝛ speciē a termino trahat: vt supra dictū est. Si ergo p̄dicamēta sūt diuisa in decē rerū genera. s. substātiā ꝛ q̄litatē ꝛc̄. vt dctm̄ est in libro p̄dicamentoꝝ: ꝛ in q̄nto meta^ce. ꝛ in tribus illoꝝ inueniat̄ motus: necesse est eē tres spēs motus. s. motus qui est in genere q̄titatis: ꝛ motus qui est in genere qualitatis: ꝛ motus q̄ est in genere vbi: q̄ dicit̄ fm locū. Qualiter aūt mot⁹ sit in istis generibus: ꝛ q̄liter p̄tineat mot⁹ ad p̄dicamētū actiōis ꝛ passiōis. in tertio dictū est. Vñ nūc breuiter dicere sufficiat q̄ qlibet mot⁹ est in eodē genere cū suo termino: nō q̄dē ita q̄ motus qui est ad qualitatē sit spēs q̄litatis: sz per reductionē. Sicut. n. potētia reducit̄ ad gen⁹ actus: p̄pter h̄ q̄ oē gen⁹ diuidit̄ per potētiā ꝛ actum: ita oportet q̄ motus qui est actus imp̄fectus reducat̄ ad genus actus perfecti. Scđm aūt q̄ motus cōsideraī vt est in hoc ab alio. vel ab hoc in aliud: sic pertinet ad p̄dicamētū actiōis ꝛ passionis. [Scđo ibi.

Lec. 1. t. c. 4.
Lec. 7. t. c. 4.
Lec. 1. t. c. 4.
Lec. 4. t. c. 10. vsq ad 22^m

¶ Substantia vo motus non est propterea q̄ nihil substantie contrarium est.

T. c. 10.

¶ Scđm substātiaz autem non est motus: propter nullum entium substantie contrariuz esse.

¶ Manifestat cōditionalē p̄missam. Et p̄mo ostendit q̄ in alijs generib⁹ a tribus p̄dictis nō pōt eē motus. Scđo ostēdit quō in istis trib⁹ generib⁹ motus sit. ibi [Qm̄ aūt neq3 substātie.] Circa p̄^m tria facit: q2 pmo ostēdit q̄ in genere substātie nō est motus. Scđo q̄ nec in genere ad aliquid. ibi [Neq3 est in ad aliqd.] Tertio q̄ nec in genere actiōis ꝛ passionis. ibi [Neq3 agētis neq3 patiētis.] Pretermittit aūt tria p̄dicamēta. s. q̄ñ ꝛ situ̅: ꝛ habere. Qñ enī significat in tp̄e eē. tp̄s aūt mēsura motus est. vñ per quā rōnē nō est motus in actiōe ꝛ passione que p̄tinēt ad motū: eadē rōne nec in quādo. Situs aūt ordinē quēdā p̄tiū demōstrat: ordo vo relatio est. Et similr̄ habere dicit̄ fm quādā habitudinē corporis ad id qđ ei adiacet. vñ in his nō pōt esse motus: sicut nec in relatione. Qđ ergo motus nō sit in genere substātie sic p̄bat. Ōis motus est īter cōtraria. sicut supra dictuz est: sed substātie nihil est 3riū: g̃ fm subaz nō est motus. [Habet aūt dubitationē qđ hic dicit̄: p̄p hoc q̄ idē Phs dicit in libro scđo de generatiōe q̄ ignis est 3rius aque. Et in p̄mo libro de celo dicitur q̄ celū nō est generabile nec corruptibile: q2 nō h3 3riū. Vñ videt̄ relinquere q̄ ea que corrūpunt̄ vel sunt 3ria: vl̄ ex cōtrarijs cōposita. [Dicūt aūt q̄daz ad hoc: q̄ vna substantia pōt eē alteri 3ria vt ignis aq̄ fm suā formā: nō s3 suū subiectū. Sed fm hoc p̄batio Ar̄. nō valeret. Sufficeret enī ad hoc q̄ motus sit in substātia: q̄ forme substātiales sint 3rie. Est enim motus de forma in formaz: q2 ꝛ in alteratiōe subiectū nō est 3riū subiecto: sed forma forme. [Et iō aliter dicēdū q̄ ignis est 3rius aq̄ fm q̄litates actiuas ꝛ passiuas: q̄ sūt calidū: frigidū: humidū ꝛ siccū: nō aūt fm formas substātiales. Nō enī pōt dici q̄ calor sit forma substātialis ignis: cū in alijs corporib⁹ sit accidēs de genere qualitatis. Qđ enī est de genere substātie nō pōt eē alicui accidēs. [Sed hec ēt respōsio difficultatē patit̄. Manifestū est enī q̄ p̄prie passiones causant̄

Solo du. Lecc.
Motus non est in substātia.
Lec. 1. t. c. 6.
Lec. 4. t. c. 24.
Lec. 6. t. c. 20.
Solo alexandri.
Improbatio eius f dem.
So. auer. h Boe.
Alb. Simplici. in q̄ria proprietate ibe eiusdē p̄ii t. ꝛ 3rir h improba⁹ eiusdē. 2° de gñi. t. c. 24.

ex p̄ncipijs subiecti que sunt mā ꝛ forma. Si igit̄ proprie passiōes ignis ꝛ aque sunt 3rie: cū cōtrarioꝝ sunt 3trarie cause: videt̄ q̄ forme substātiales sint 3trarie. [Itē in decimo meta^ce p̄bat̄ q̄ oē genus diuidit̄ per contrarias differētias: differentie aūt sumunt̄ a formis: vt in octauo eiusdē libri habetur. Videtur ergo q̄ sit contrarietas in formis substātialibus. [Dicendū est igitur q̄ cōtrarietas differētiaꝝ que est in omnibus generibus attenditur fm cōem radicē cōtrarietatis que quidē est excellentia ꝛ defectus: ad quā oppositionē omnia contraria reducunt̄. vt in primo huius habitū est. Omnes enim differētie diuidentes aliqđ genus hoc modo se habent q̄ vna eaꝝ est vt abūdans: ꝛ alia vt deficiēs respectu alterius. Propter qđ Aristoteles dicit in octauo meta^ce. q̄ diffinitiōes reꝝ sunt sicut numeri: quoꝝ species variant̄ per additionē ꝛ subtractionem vnitatis. Nō aūt oportet q̄ in quolibet genere sit contrarietas fm propriā rōnē huius ꝛ illius speciei: sed solū fm cōem rōnē excellentie ꝛ defectus. Quia enim cōtraria sunt que maxime distāt: oportet q̄ in quocunq3 genere inuenitur contrarietas: q̄ inueniātur duo termini maxime distātes: inter quos cadūt oīa que sunt illius generis. Nec hoc sufficeret ad hoc q̄ in illo genere esset motus: nisi de vno extremo in aliud contingeret cōtinue peruenire. In quibusdaz ergo generibus he due cōditiones desunt: vt p3 in numeris. Quāuis enim oēs species numeroꝝ differāt fm excellentiā ꝛ defectum: tñ nō est accipere duo extrema maxime distātia in illo genere. Est enim accipere minimū numerū. s. dualitatē: nō tamē maximū. Similiter inter species numeroꝝ nō est continuitas: q2 quelibet species numeroꝝ formaliter perficit̄ per vnitatē que indiuisibilis est: ꝛ alteri vnitati non continua. Et similiter etiā est in genere substātie. Sunt enim forme diuersarū specierū abinuicē differentes fm excellentiam ꝛ defectum. inquātū vna forma est nobilior alia. ꝛ propter hoc ex diuersis formis possunt causari diuerse passiones: vt obiectū est. Tñ vna forma speciei fm p̄priā suam rationē nō habet contrarietatem ad aliam. Primo q2 in formis substātialibus nō attendit̄ maxima distātia inter aliquas duas formas: ita q̄ ab vna earū nō veniat̄ ordinatim nisi per media. sed materia dum existit vna forma potest indifferēter recipere diuersas formas absq3 ordine. Unde Aristoteles dicit in scđo de generatione q̄ cum ex terra fit ignis nō op3 q̄ sit trāsitus per media elementa. Scđo q2 cū esse substātiale cuiuslibet rei sit in aliquo indiuisibili: nō pōt aliqua cōtinuitas attendi in formis substātialibus: vt motus cōtinuus possit esse de vna forma in aliā fm remissionē vnius forme ꝛ intēsionē alterius. Unde probatio Aristotelis qua p̄bat in substātia nō eē motū: q2 nō est ibi cōtrarietas: est demōstratiua. ꝛ non probabilis tm̄ vt Cōmentator innuere videtur. L3 possit ꝛ alia ratione probari q̄ motus nō est in substātia. quā supra posuit: q2. s. subiectuz forme substātialis est ens in potētia tm̄. In qualitatibus aūt tertie speciei manifeste apparet 3trarietas fm vtrāq3 rōnē. ꝛ q2 q̄litates p̄nt intēdi ꝛ remitti. vt sic possit eē 3tinuus motus de qualitate in qualitatē: ꝛ q2 inuenit̄ maxima distātia in vno genere inter duo determinata extrema: sicut in colorib⁹ iter albū ꝛ nigrū. in saporib⁹ inter dulce ꝛ amarū. In quātitate aūt ꝛ loco alterū istoꝝ manifeste inuenit̄. s. 3tinuitas: sed aliud. s. maxima distātia determinatoꝝ extremoꝝ nō inuenit̄ in eis: si fm cōmunē rationē quātitatis ꝛ loci accipiātur: sed solū fm q̄ accipiuntur in aliqua re determinata: sicut in aliqua specie animalis vel plante est aliqua minima quātitas: a qua īcipit motus augmētī: ꝛ aliq̄ maxima ad quā terminat̄. Similiter etiā in loco inueniunt̄ duo termini maxime distātes per cōparationē ad motū

Lec. 10. t. c. 23.
Solu. S. Tho.
Lec. 11. t. 14.
Lec. 3. t. c. 10.
Quomō i quolibet gñe sit cōtrarietas.
Lec. 4. t. c. 24.
Cōtra cōmen.
Com. 10.
Lec. 2. t. c. 7. circa fi.

aliquē in quorū vno incipit motus ꝛ in aliud terminaꝶ: siue sit motus naturalis: siue violentus. ¶ Secundo ibi.

¶ At neq͡ʒ in hisce q̄ sunt ad aliq͡d: altero eni͂ subeū te mutationē: alterum mutationem non subiēs vere dici pōt: quare motus ipsoꝛum per accidens est.

¶ Neq͡ʒ est in ad aliquid: contingit enim altero mutante verum esse alterū nihil mutans. Quare ꝺm accidens motus hoꝛum est.

Motus non est in ad aliqd. ¶ Ostēdit q͡ꝫ nō est mot⁹ in genere ad aliq͡d. In quocūq͡ʒ eni͡ʒ genere est per se motus nihil illius generis de nouo inueniꝶ in aliquo absq͡ʒ eius mutatione. sicut nouus coloꝛ nō inueniꝶ in aliquo coloꝛato absq͡ʒ eius alteratione. Sed ꝯtingit de nouo verū eē aliq͡d relatiue dici ad alteꝝ altero mutato: ipso tn̄ nō mutato: ergo motus nō est per se in ad aliq͡d: sed solū per accidēs: inquātū. s. ad aliquaꝫ mutationē ꝯsequiꝶ noua relatio: sicut ad mutationē ꝺm quātitatē sequiꝶ equalitas vel inequalitas: ꝛ ex mutatione ꝺm qualitatē similitudo ꝛ dissimilitudo. Hoc aūt q͡ꝺ hic diciꝶ in q̄busdā nō videꝶ habere difficultatē. Sūt. n. quedā relatiōes que nō sunt aliq͡d realiter in eo de quo predicanꝶ. q͡ꝺ q̄dē q̄nq͡ʒ ꝯtingit ex p̄te vtriusq͡ʒ extremi sicut cū diciꝶ idē eidē idē. Hec. n. idētitatis relatio in infinitū multiplicareꝶ: si quelibet res eēt sibi eadē per relationē additā. Manifestū est. n. q͡ꝫ q͡ꝺlibet sibiipsi est idē. Est ergo hec relatio ꝺm rōnē tn̄: inquātū. s. vnā ꝛ eandē rē rō accipit vt duo extrema relatiōis. Et silr̄ est in multis alijs. Quedā v̄o relatiōes sunt quarū vna realiter est in vno extremo: ꝛ alia ꝺm rōnē tn̄ in altero: sicut sciētia ꝛ scibile. Scibile. n. relatiue diciꝶ: nō q͡ꝛ ipsum referꝶ per aliquā relationē in ipso existētē: s͡ʒ q͡ꝛ aliud referꝶ ad ip͡ʒ:
Tex. 16. 1. t. 20. ca. 15. vt p͡ʒ per Ph̄m in 5⁰ meta^{ce}. Et silr̄ est cū colūna dicitur dextra animali. Dextrū eni͂ ꝛ sinistrū sunt relatiōes reales in aīali: q͡ꝛ in eis inueniunꝶ determinate virtutes in q̄bus huiꝰ relatiōes fundanꝶ. In colūna autē nō sunt ꝺm rē: sed ꝺm rōnem tn̄: q͡ꝛ nō h͡ʒ p̄dictas virtutes que sunt fundamēta haꝝ relationū. Quedā v̄o relatiua sunt in q̄bus ex p̄te vtriusq͡ʒ extremi inueniꝶ relatio realiter existēs sicut in equalitate ꝛ similitudine. In vtraq͡ʒ eni͂ inueniꝶ quātitas vel qualitas: q̄ est huius relatiōis radix. Et silr̄ etiā apparet in multis alijs relatiōib⁹. In illis igiꝶ relationibus q̄ nō ponūt rē aliquā nisi in vno extremoꝝ: nō
Dubium videꝶ difficile q͡ꝫ mutato illo extremo in quo relatio realiter existit: de nouo dicaꝶ aliquid relatiue de altero absq͡ʒ sui mutatione: cū nihil ei realiter adueniat. Sed in illis in q̄bus relatio inueniꝶ realr̄ in vtroq͡ʒ extremoꝝ: videꝶ difficile q͡ꝫ aliq͡d relatiue dicaꝶ de vno per mutationē alterius absq͡ʒ mutatiōe sui: cū nihil de nouo adueniat
Solutio alicui absq͡ʒ mutatiōe eius cui aduenit. Vn̄ dicēdū est q͡ꝫ si aliq̄s per suā mutationē efficiaꝶ mihi eq̄lis me nō mutato: ista eq̄litas p̄mo erat in me quodā mō sicut in sua radice ex q̄ h͡ʒ eē reale. Ex h. n. q͡ꝫ habeo talē quātitatē: cōpetit mihi q͡ꝫ sim eq̄lis oīb⁹ illis q̄ eādē quātitatē hn̄t. Cū g͡ aliq̄s de nouo accipit illā quātitatē: ista cōis radix eq̄litatis determiaꝶ ad istū. ꝛ iō nihil aduenit mihi de nouo p̄ h͡ q͡ꝫ icipio eē alteri equalis per eius mutationem. ¶ 3⁰ ibi.

¶ Neq͡ʒ itē agētis est motus ac patiētis: neq͡ʒ mouētis ac eius q͡ꝺ moueꝶ: q͡ꝛ motus nō est mot⁹: neq͡ʒ generatiōis ē generatio: neq͡ʒ oīno mutatiōis mutatio.

¶ Neq͡ʒ agētis neq͡ʒ patiētis neq͡ʒ oīs q̄ moueꝶ aut mouētis: q͡ꝛ nō est motus mot⁹: neq͡ʒ generationis gn̄atio: neq͡ʒ oīno mutatiōis mutatio.

Notabile ¶ Probat q͡ꝫ nō sit motus in genere actionis ꝛ passionis.
Tex. c. 4. t. c. 20. t. 22. Actio eni͂ ꝛ passio nō differūt subo a motu: sed addūt aliquā rōnē: vt in tertio dcm̄ est. Vn̄ idē est dicē q͡ꝫ mot⁹ sit in agere ꝛ pati: ꝛ q͡ꝫ mot⁹ sit in motu. ¶ Circa h͡ ergo tria facit. Primo p̄pōit q͡ꝺ itēdit. Scd̄o p̄bat p̄positū. ibi ¶ Primū q̄dē cū cōtingit. ¶ Tertio ponit quādā distictionē ad propositi manifestationē. ibi ¶ Oīno aūt q̄m moueꝶ. ¶ Dicit ergo p̄mo q͡ꝫ sicut mot⁹ nō est eius q͡ꝺ est ad aliq͡d. ita etiā nō est agētis ꝛ patiētis neq͡ʒ etiā (vt absolutius loq̄mur) est mouētis aut moti: q͡ꝛ nō pōt eē q͡ꝫ aliq̄s mot⁹ sit alicuius mot⁹: neq͡ʒ q͡ꝫ generatio sit generatiōis: que sunt species mutationis: neq͡ʒ etiā q͡ꝫ mutationis sit mutatio: que est genus eoꝝ: ꝛ ēt corruptionis. ¶ Secundo ibi.

¶ Mot⁹ eni͡ʒ duplr̄ motus eē pōt: aut vt subiecti: vt hō moueꝶ: q͡ꝛ ex albo in nigrum mutaꝶ. Et motus ne igiꝶ hoc mō: aut calefit: aut frigefit: aut mutat locū: aut accrescit: aut decrescit: At hoc fieri neq̄t. Mutatio nāq͡ʒ nō subit rōnem subi. Aut hoc ipso q͡ꝫ aliq͡ꝺ aliud subm̄ ex vna mutatiōe ad aliā mutatiōis spēm: perinde vt hō ex egritudie ad sanitatē mutaꝶ. At neq͡ʒ hoc eē pōt: nisi per accn̄s: hic eni͂ mot⁹ ex alia forma in aliā est mutatio ꝛ generatio ꝛ corruptio mō codē hoc excepto: has q̄dē ad sic opposita eē. motū aūt nō silr̄. Simul igiꝶ i morbū e sanitate mutaꝶ: ꝛ ex hac ipsa mutatione ad aliā. Patet igiꝶ cū egrotauerit ad quā vis fore mutatū. Quiescē nāq͡ʒ pōt. Et insup̄ nō ad quā vis semp̄: ꝛ illā: ex aliquo nimiꝝ in aliq͡ꝺ aliō erit. Quare ꝛ opposita sanatio erit. Nō ergo motus est motus: nisi per accidens. Velut si e recordatione in obliuionē mutaꝶ: q͡ꝛ cui illud inest: id interdum in scientiam interdum in sanitatem mutatur.

¶ Primū q̄dē eni͂ ꝯtingit duplr̄ mot⁹ eē motū. T. c. 11.
Aut sicut subiecti: vt hō moueꝶ: q͡ꝛ ex albo in nigrū mutaꝶ. sic ꝛ mot⁹: aut calescit aut frigescit: aut locū mutat: aut augmētaꝶ: aut diminuitur.

¶ Hoc aūt ipole est. Nō. n. subiectoꝝ aliq͡ꝺ est T. c. 12.
mutatio. Aut in mutando alterū aliq͡ꝺ subm̄ ex mutatiōe in alterā spēm: vt hō ex egritudie in sanitatē. Sed neq͡ʒ h͡ possibile ē: nisi ꝺm accidens. Hic eni͂ mot⁹ ex alia spē in aliā mutatio est: ꝛ generatio ꝛ corruptio similr̄: p̄ter q͡ꝫ he sūt in opposita sic: mot⁹ aūt nō silr̄. Silr̄ igiꝶ mutabitur ex sanitate in egritudinē ex ipsa hac mutatiōe in aliā. Manifestū aūt q͡ꝫ cū ifirmeꝶ: mutatus erit in q̄lalibet. Cōtingit. n. q̄escere. Et amplius nō in ꝯtingētē semp̄. Et illa ex quodā in quoddaꝫ alteꝝ ē. Quare ꝛ opposita erit sanatio. S͡ʒ ꝺm q͡ꝺ accidit: vt si ex recordatione in obliuionem mutat: q̄m cui inest illud mutat aliq̄nādo in sciētiam: aliquando v̄o in sanationem.

Motus motionis nō est mutatio. probatur. 6. rōnibus. ¶ Probat q͡ꝫ mutatiōis nō possit eē mutatio. ꝛ h͡ per sex rōnes. Quarū p̄ma est: q͡ꝛ si mutatiōis sit mutatio: h͡ pōt intelligi duplr̄. vno mō vt mutatio sit mutationis sicut subiecti q͡ꝺ moueꝶ: sicut aliq̄ mutatio est hoīs: q͡ꝛ hō moueꝶ: puta de albedine in nigredinē. Sic ergo pōt itelligi q͡ꝫ motus aut mutatio sit mutationis aut motus vt subiecti. ita. s. q͡ꝫ mot⁹ aut mutatio moueaꝶ. puta q͡ꝫ calescat aut infrigideꝶ vel moueaꝶ ꝺm locū aut ꝺm augmētū ꝛ diminutionē. Sed hoc est ipossibile: q͡ꝛ mutatio nō est de numero subiectoꝝ: cum nō sit substātia per se subsistēs. non ergo pōt eē mutatio mutationis vt subiecti. Alio⁰ pōt intelligi vt sit motus mutationis vt termini: ita. s. q͡ꝫ aliq͡ꝺ subiectū

subiectū moueatur ex vna specie mutationis in alteram:sicut ex calefactiōe in infrigidationē:aut sanationē:vt due mutationes intelligant̄ duo termini vnius mutationis:sicut egritudo et sanitas itelligunt̄ duo termini mutatiōis:cum hō mutat̄ a sanitate in egritudinē. Sz nō est possibile q̄ aliqd̄ subiectū moueat̄ per se de mutatiōe in mutationē: sz solū per accñs. Et q̄ h̄ nō sit possibile per se: p̄bat̄ dupl'r. Primo qdē sic. Ois.n.mot' est mutatio ab vna spe determinata in aliā spēz determiatā:et silr gñatio et corruptio q̄ cōdiuidunt̄ motui:hn̄t determiatos termios. Sz ē dr̄ia itn̄ q̄ generatio et corruptio sunt in terminū oppositū [sic].i. fm̄ cōdictionē:sed mot' est in terminū oppositū [nō silr] sed fm̄ cōtrietatē. Si igit̄ aliqd̄ subiectū mutet̄ de mutatione in mutationē:puta de egritudine in dealbationē:sil' dū mutat̄ subiectū de sanitate in egritudinē: mutabitur etiā ex hac mutatiōe in aliā. Dū enim est subiectū adhuc in termino a quo p̄m:mouet̄ in terminum ad quē. sicut dū aliqs h̄z aliqd̄ de sanitate:mouet̄ ad egritudinē. Si g̊ motus de sanitate in egritudinē sit terminus a quo alicuius motus:dū adhuc durat ista mutatio:qua.s.aliqs mutat̄ de sanitate in egritudinē:simul mutabit̄ subiectū de hac mutatiōe in aliā:q̄ succedit i subiecto huic mutatiōi. Manifestū est aūt q̄ qñ p̄ma mutatio fuerit terminata: scilicet cū iā qs ex sanitate mutatus est in egritudinē:poterit deinceps succedere sibi quecūqz alia mutatio. Nec hoc est mirū:qz ɔtingit terminata p̄ma mutatiōe subiectū quiescere et nulla mutatiōe mutari. et eadē rōne cōtingit q̄ mutet̄ alia quacūqz mutatiōe. Si igit̄ est aliqs motus de p̄ma mutatiōe in scd̄am mutationē q̄ succedit in subiecto:sequet̄ q̄ motus sit de p̄ma mutatione in quācūqz aliā indeterminate. Et hoc est cōtra rōnē motus per se: qz ois motus est de determinato ad determinatū terminū. Nō enim corpus mouet̄ per se de albo in quodcūqz: sed in nigrū aut mediū. Patet ergo q̄ due mutatiōes nō sunt per se termini mutatiōis alicui'. Secūdo aūt p̄bat idē per aliā rōnē. Quia si mutatio q̄dā per se est de mutatione p̄cedēte in mutationē subsequētē:non opz q̄ semp sit mutatio in mutationē [ɔtingētē].i.quā ɔtingat simul esse cū mutatione p̄cedēte:sicut dealbatio simul pōt esse cū egrotatiōe:sed sanatio nō pōt simul eē cū egrotatiōe: qz sunt ɔ̄rie mutatiōes. Cōtingit tñ q̄ egrotationi succedit in eodē subiecto sicut dealbatio ita et sanatio. Et hoc est qd̄ dicit q̄ mutatio que ponit̄ eē de vna mutatione in aliā nō semp est in mutationē cōtingētē:cuz qñqz succedat nō ɔtingēs. Et illa etiā mutatio nō cōtingens:est [ex quodā in qdā alterū]id est iter duos alios termios. q̄re ista mutatio nō ɔtingēs in quā aliqs mutat̄ de egrotatione:erit sanatio opposita egrotatiōi. Ex aūt hoc sequat̄ incōueniēs p3 ex ɔpositiōe supra inducta.s.q̄ sil' dū ē p̄ma mutatio mutabit̄ in scd̄az. Simul g̊ dū aliqs mouet̄ ad egritudinē mutabit̄ ad sanationē. Sanatiōis aūt terminus est sanitas:est enī de quodā in quoddā aliud. vt dicit. Unde relinquit̄ q̄ simul dū aliqd̄ mouet̄ ad egritudinē: moueat̄ et ad sanitatē:qd̄ ē moueri ad duo ɔ̄ria sil':et intēdere ea sil:qd̄ est ipossibile. Sic igit̄ manifestū est q̄ nulla mutatio est per se de vna mutatione in aliā. Sz q̄ hoc cōtingat esse per accidēs vt p̄missit manifestat subdēs.q̄ per accñs h̄ ɔtingit:sicut qñ subiectū nūc mutat̄ vna mutatiōe et postmodū aliā:puta si aliqd̄ dr̄ mutari p accidēs de recordatiōe in obliuionē:vel in quācūqz aliā mutationē:qz subiectū mutatiōis qñqz mutatur in sciaz: qñqz in aliqd̄ aliud:puta in sanitatē. ¶ Scd̄am rōnem ponit ibi.

¶ Preterea si mutatiōis est mutatio : generationisqz generatio:in īfinitū erit abitio. Necesse ē aūt et p̄orē eē si posterior erit:veluti si generatio simplex aliqñ fiebat:et ip̄m fiēs fiebat. Quare nōduz erat fiēs simpliciter:sed aliqd̄ fiēs:atqz iā fiēs:et hoc rursus aliquando fiebat. Quare nōdum erat tunc fiens. Cum autem infinitorū primū quicq̄ non sit:primuz ipsuz nō erit. Quare neqz id erit qd̄ heret. Impossibile est igitur generari quicq̄ moueri aut mutari.

¶ Ampli' aūt in infinitū vadit si erit mutationis mutatio: et generatiōis generatio. Necesse ē igit̄ esse primā si vltia erit vt si simpl'r gñatio fiebat aliquando: et qd̄ fit fiebat. Quare nonduz erat qd̄ fit simpliciter:sed aliqd̄ cū fit et factū est iam et iterū fiebat hoc aliqñ. Quare nōdū erat tūc qd̄ fit. Qm̄ aūt infinitoꝝ nō est primū:nō erit quid vltimū. Quare neq̄ habitum. neq̄ fieri igitur: neqz moueri possibile est:neqz mutari nihil. T.c.13.

¶ Premittit duas conditionales. Quarum p̄ma est:q̄ si mutatio ē mutatiōis vel generatiōis generatio quocūqz mō necesse est p̄cedē in infinitū:qz eadē rōne generatio scd̄a habebit aliā generationē. et sic in īfinitū. Scd̄a cōditionalis est:q̄ si ordinent̄ h̄ mō generatiōes. et mutationes:q̄ mutatio sit mutatiōis et generatio generatiōis: si vltia mutatio vel generatio erit necesse ē q̄ p̄ma sit. Hāc aūt scd̄az cōditionalē sic p̄bat. Sit.n.aliqd̄ qd̄ generetur simpl'r puta ignis:si generatiōis est generatio:opz dicere q̄ etiā ista simpl'r generatio aliqñ generabat̄. et hoc ipsuz fieri fiebat:cū aūt fiebat ipsa generatio:nōdū erat illud qd̄ generat̄ simpl'r.s.ignis:qz aliqd̄ nō est dū fit:sz qñ iaz factū est tūc p̄mo est. q̄diu g̊ fiebat generatio ignis:ignis nōdū erat fact':nōdū ergo erat. et iterū ipsa generatio sue generatiōis eadē rōne aliqñ fiebat. et sicut qñ fiebat generatio ignis nōdū erat ignis:ita sequit̄ q̄ quādiu fiebat generatio generatiōis ignis:nōdū eēt generatio ignis. ex quo manifestū est q̄ generatio ignis eē nō pōt nisi cōpleta sua generatiōe:et eadē rōne nec illa nisi fuerit p̄cedēs: et sic vsqz ad p̄mā. Si ergo nō fuerit p̄ma generatio non erit vltia que est generatio ignis. sz si p̄cedat̄ in generationibus in īfinitū nō est accipe p̄mā mutationez vel generationē qz in īfinitis nō est p̄mū:vñ sequit̄ q̄ neqz sit [habitū].i.ɔ̄tr se hñs in generatiōibus. si aūt nō sit aliq̄ generatio nec mutatio:nihil fit neqz mouet̄. Si g̊ generatiōis sit generatio et mutatiōis sit mutatio nihil fit neqz mouet̄. ¶ Est aūt attēdēdū q̄ hec rō nō excludit gn mutatio possit seq mutationē per accidēs in infinitū:qd̄ opz dicē fm̄ opinionē Ar.qui posuit motū eternū. Sz itēdit ostēdere (sicut p̄us dcm̄ est) q̄ mutatio nō sit mutatiōis per se in īfinitū. Sic.n.postrema depēderēt ex īfinitis p̄cedētibus et nunq̄ finirentur. ¶ Tertiā rōnez ponit ibi. 2ª rō

¶ Preterea eiusdē est ɔtrarius motus:et qes insup:et generatio:atqz corruptio. Quare ipsum fiēs tūc corrūpit̄:cū sit fiēs. Neqz enim statim fiens:neqz posterius:sit enim oportet id quod corrumpitur.

¶ Ampli' eiusdē:mot' ɔ̄rius est : et adhuc qes: et gñatio et corruptio. Quare et qd̄ fit:cum fiat qd̄ fit:: sic corrūpit̄. Neqz eniz cū mox fit:neqz posterius. Esse enim oportet qd̄ corrumpitur. T.c.14.

¶ Que talis est Eidē motui ɔ̄riat̄ et mot' et qes: sicut ascēsioni ɔ̄riat̄ descensus et quies in loco inferiori. et simil'r generatio et corruptio ɔ̄riant̄. ɔ̄ria autē nata sunt fieri circa idē. g̊ qcqd̄ generat̄ pōt corrūpi. Sz si generatiōis est generatio:opz q̄ generatio generet̄. g̊ generatio corrūpit̄. Sed qd̄ corrūpit̄ opz eē. sic.n.generat̄ qd̄ nō ē:ita corrūpit̄ qd̄ est. g̊ opz q̄ [cū fiat qd̄ fit].i.cuz generat̄ aliqd̄ generatiōe existēte:tūc ipsa generatio corrūpat̄:nō qdē stati 3ª rō

cū generatio defierit:neqꝫ iteꝝ in posteriori tpe:ſꝫ ſil:qδ videt̃ icōueniēs.¶ Eſt aūt ꝯſiderādū ꝙ generatio eſt vt terminꝰ eius qδ generat̃ ſicut ſuba:qꝛ generatio ē trāſmutatio ad ſubam:qδ aūt eſt generationis ſubiectū nō eſt id qδ generat̃:ſed mā eius. Unde Ar.non recedit a ſuo ꝓpoſito quo intendebat oſtendere ꝙ mutatio non eſt mutationis vt termini.¶ Quartam rationem ponit ibi.

¶ Preterea ⁊ ei qδ generat̃:⁊ ei qδ mutat̃ māꝫ ſubeſſe oportet. Erit igit̃: vt alterabile corpꝰ eſt:aut aia: ſic aliqd id qδ fit motus: vel generatio. Et aliqd rurſus ad qδ mouet̃. Opꝫ eni huius ex hoc ad hoc motum aliqd eſſe:non motum: vel generationem.

T.c.15. T.c.16. ¶ Amplꝰ opꝫ mām ſubeſſe ⁊ ei qδ fit ⁊ mutāti. Que igit̃ erit mā ſicut alterabile: vt corpus: aut aia: ſic aliqd qδ fit motus aut generatio. Et iteꝝ aliqd i qδ mouet̃. Oportet.n.aliqd eē huiꝰ ex hoc in hoc motū: nō motū aut generationē.

4ª rō ¶ Que talis eſt. In oı̄ generatiōe opꝫ eē aliquā mām ex q̄ fiat illδ qδ generat̃:ſic in oı̄ mutatiōe opꝫ eē aliquā māꝫ vel ſubm. vt in alteratiōe ſubm eſt corpꝰ:q̄ꝫtū ad corporales alteratiōes:⁊ aīa q̄ꝫtū ad aīales. Si g̃ generatio generet̃ opꝫ ꝙ ſit aliq̄ mā ipſiꝰ generatiōis:q̄.ſ.in ſpēm generatiōis trāſeat. ſic mā ignis generati trāſit in ſpēm ignis. ⁊ talē mām nō eſt aſſignare. Ponit ēt ſub eadē rōne aliδ mediū qꝛ.ſ.in qualibet generatiōe vel mutatiōe opꝫ eſſe aliquē terminū in quē aliqd mouet̃. ⁊ huiꝰ terminū opꝫ eſſe hoc aliqd demōſtratū vel determinatū:huiꝰ aūt nō eſt nec motꝰ neqꝫ generatio. Nō eſt g̃ poſe ꝙ generatiōis aut motus ſit aliq̄ generatio.¶ Quintā rōnē ponit ibi.

¶ Et inſuꝑ quo pacto erit. Non enim generatio perceptionis erit perceptio. Quare neqꝫ generationis erit generatio:neqꝫ quedam cuiuſdam.

¶ Similiter autē ⁊ quomodo erit:non enīꝫ erit doctrina:que doctrine generatio. Quare neqꝫ generationis generatio:neqꝫ quedam cuiuſdā.

5ª rō ¶ Que talis eſt. Sicͭ ſe hꝫ genꝰ ad genꝰ:ſic ⁊ ſpēs ad ſpēm: ſi igit̃ generationis ſit generatio oportebit ꝙ ēt doctrine generatio ſit doctrina. Sꝫ hoc apparet manifeſte falſum. Doctrina eni eſt generatio ſciētie:⁊ nō generatio doctrie: ergo nec generatiōis pt eē generatio.¶ 6ᵃᵐ rōnē pōit ibi.

¶ Preterea ſi tres mutationis ſpēs ſunt: ſubiectam naturā harū aliquā eſſe:⁊ ea in que mouentur neceſſe eſt. Veluti lationē alterari aut ferri neceſſe eſt.

T.c.17. ¶ Amplius ſi tres ſpecies ſunt motꝰ: harū aliq̄ꝫ neceſſe eſt eē ſubiectam naturam: ⁊ in quā mouetur. Loci ergo mutationem alterari aut ferri.

6ª rō ¶ Que talis eſt. Si mutatiōis ſit mutatio vel ſicut ſubiecti vel ſicut termini:cū tres ſint ſpēs motus.ſ.motꝰ in vbi ⁊ motus in quātitate.⁊ q̄litate:ſequet̃ ꝙ vna harū ſpecierū poſſit eē ſubm alterius:⁊ terminus:⁊ etiā ſuiipſiꝰ. Sequeret̃ ergo ꝙ loci mutatio alteret̃:vel etiā ferat̃ ſm locū. Que quidē euidentius apparent inconueniētia in ſpeciali q̄ꝫ in cōmuni. Nō ergo dicendum eſt ꝙ mutationis ſit mutatio.aut generationis generatio.¶ Tertio ibi.

¶ Oīno autē cū oē qδ mouet̃ triſariam moueat̃:aut qꝛ per accidēs mouet̃:aut qꝛ ꝑs aliqua mouet̃:aut qꝛ per ſe mouetur:per accidēs dūtaxat mutari mutatio pōt. Veluti ſi is qui ſanatur:currit vel diſcit. At eaꝫ que eſt per accidens iādudum omiſimus.

¶ Omnino aūt qm̄ mouet̃ oē qδ mouet̃ tripl'r: aut in eo qδ eſt ſm accidēs:aut qꝛ pars aliqua: aut qꝛ per ſe. ſm accidens ſolum contingit mutare mutationē: vt ſi qui ſanus fit:currat aut diſcat. Hāc autem ſm accidens dimiſimus olim.

¶ Oſtēdit q̄uo poſſit eē mutatiōis mutatio. ⁊ dicit ꝙ cuꝫ tripl'r aliquid mouet̃:vt ſupra eſt dictū:vel ſm accidēs: vel ſm partē: vel per ſe:ſolūmō per accñs ꝯtingit mutari mutationē:inquātū ſcilicet ſubiectū mutationis mutat̃: puta ſi aliquis dūꝫ fit ſanus currat aut diſcat. tunc enim ſanatio curret aut diſcet per accidēs: ſicut muſicus edificat. Sed de eo qδ mouet̃ per accidēs nō intēdimus nūc tractare:hoc eni ſupra iā ꝑtermiſimus. LEC. IIII. T.c.14. c.6.

¶ Cū autē neqꝫ in ſubſtātia neqꝫ in relatione neqꝫ in actione paſſioneue ſit motus: reſtat in qualitate quātitate ac vbi tantūmodo motum eſſe. In vnoquoqꝫ nāqꝫ iſtorum contrarietas eſt.

Quoniā aūt neqꝫ ſubſtātie neqꝫ ad aliquid neqꝫ ipſiꝰ facē aut pati: relinquit̃ ſm q̄le aut q̄ꝫtū ⁊ vbi motū eē ſolū:in vnoquoqꝫ enīꝫ horum eſt ꝯtrarietas.

Oſtenſo ꝙ nō eſt motꝰ in ſuba neqꝫ in ad aliqd neqꝫ in actiōe ⁊ paſſiōe. Cōcludit in quibus generibꝰ ſit motꝰ. Et circa hͦ tria fac. Primo īducit ꝯcluſionē intētā. Scdō oſdit q̄liter ſit motus in vnoquoqꝫ triū generū. ibi[¶ Motꝰ qdē igit̃.] Tertio remouet quādaꝫ dubitationē. ibi[Que aūt eſt in eadē ſpe.] Dicit ergo pͦ.ꝙ cū motus nō ſit nec in ſubſtātia nec in ad aliqd nec in facere ⁊ pati: vt oñſuꝫ eſt. Relinquit̃ ꝙ motus ſit ſolum in iſtis tribus generibus:ſ.qualitate ⁊ quātitate ⁊ vbi: qꝛ in vnoquoqꝫ hoꝝ generū cōtingit eſſe cōtrarietatē:quā requirit motus. Quare autē pretermittat tria genera.ſ.qn̄: ſitū:⁊ habere:⁊ q̄uo in iſtis tribꝰ generibꝰ in q̄bus eſt motus ſit contrarietas ſupra oſtenſum eſt. ¶ Secundo ibi. T.c.3.b p.t.c.18

¶ Is igit̃ motꝰ q̄ in q̄litate eſt alteratio ſit. hoc enim cōe nomē poſitū ē. Atqꝫ q̄litatē nō eā dico:q̄ in ſuba eſt:eſt enim ⁊ differentia q̄litas:ſed eā que eſt paſſiua:qua ꝗppiā pati dicitur aut impaſſibile eſſe.

¶ Motꝰ qdē igit̃ ſm q̄le:alteratio ſit:huic enim alludit cōe nomē. Dico aūt quale nō in ſubſtātia: ⁊ nāqꝫ differētia quale eſt:ſed qδ paſſiuum ſm qδ dicitur pati aut impaſſibile eſſe.

¶ Oſtēdit qual'r ſit motꝰ in ꝑdictis generibꝰ. Et pͦmo qualiter ſit in q̄litate. Scdō qual'r in quantitate. ibi[Qui vͦo ſm.] Tertio qual'r in vbi. ibi[Qui aūt ſm locū.] Dicit g̃ primo ꝙ motus qui eſt in q̄litate vocat̃ alteratio. Huic eni generi alludit hoc cōe nomē qδ eſt alteratio. Nā alterū ſolet dici ꝙ differt ſm qualitatē. Loquimur aūt nūc de qualitate nō ſm ꝙ q̄le inuenit̃ in genere ſubſtātie:ſꝫ ꝙ differentia ſubſtātialis dicit̃ predicari in eo qδ quale. Sed de quali paſſiuo qδ cōtinetur in tertia ſpe qualitatis:ſm qδ q̄le dicit̃ aliqd pati aut nō pati: vt calidū ⁊ frigidum:album ⁊ nigrū ⁊ huiꝰ. In his enim contingit eſſe alterationem: vt in ſeptimo probabitur.¶ Secundo ibi. T.c.4ª t.c.11 c.8

¶ His aūt q̄ ē in q̄ꝫtitate:cōi qdē noīe caret: hꝫ autē eaꝝ ꝗtiū in q̄s diffundit̃ noīa:quaꝝ altera accretio: alia decretio nūcupat̃. Ea qdē q̄ ad ꝑfectā accedit̃ magnitudinē accretio. Ea vͦo q̄ ex hac recedit̃ decretio.

¶ Qui vͦo ſm quātū:ſm cōe quidē inominatus eſt:ſed ſm vtrūqꝫ aut augmētū aut decremētū. Qui quidem eſt in perfectam magnitudinem: augmētū

augmētum est. Qui vō ex hac: decrementum.

℄ Ostēdit quō sit motus in quātitate: ꝛ dicit φ motus qui est in quātitate nō est nominat⁹ ſm suū genus sicut alteratio: sed nominaṫ ꝫ suas spēs: que sunt augmentū ꝛ decrementū. Motus eniꝫ qui est ab īperfecta magnitudie ad pfectā. vocaṫ augmētū. Qui vō est a pfecta magnitudine in imperfectā. vocaṫ decremētū. ℄ Tertio ibi.

℄ At is qui est in loco: ꝛ cōi noie caret: ꝛ ꝑprio. Latio aūt cōi nomine nūcupetur: q̄ꝫq̄ ea sola proprie ferri dicunṫ: in quibus cum mutant locuꝫ non est situm stare: ꝛ que loco seipsa non mouerint.

℄ Qui aūt est ſm locum ꝛ ſm proprium ꝛ cōmune innominatus est. Sit autem latio vocatis: qđ cōmune est. Quāuis dicātur ferri hec sola proprie: cum non in seipsis sit stare mutantibus locū. Et q̄cūq̄ꝫ nō ipa seipa mouēt ꝫ locū.

℄ Ostēdit qualr̄ sit mot⁹ in vbi: ꝛ dicit φ motus ſm locū nō hꝫ nomē cōe generis. neqꝫ noia ꝑpria specieꝝ: ſꝫ ipositū ē ei nomē cōe vt voceṫ latio: q̄uis h̄ nomē nō sit ꝑpriū oino mot⁹ localis in cōi. Illa eni sola dicunṫ ꝑprie ferri que sic mouenṫ ꝫ locū: φ nō est in potestate eoꝝ φ stēt. ꝛ huiꝰ sunt illa que nō mouenṫ a seipsis ſm locuꝫ: sed ab aliys. Iō aūt īponi potuit nomē cōe motui in qualitate: qꝛ qualitates sunt ꝫrie ſm ꝑpriā rōnē suaꝝ spērū: ſm quas cōtinenṫ sub genere q̄litatis. Cōtrarietas aūt in quātitate nō est ſm rōnē suaꝝ specierū. sed ſm pfectū ꝛ diminu-
T.c.3.t. tum. vt supra dictū est. ꝛ ſm hoc denominanṫ species. Sꝫ
c.10.11.4. in loco est cōtrarietas solū per cōparationē ad motū: respectu cuius duo termini maxime distant. ꝛ ideo qꝛ ista cōtrarietas est ſm id qđ oino extraneū est ab hoc genere: nō potuit mot⁹ qui est in hoc genere habere nomē. neqꝫ in generali. neqꝫ ſm partes. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Mutatio aūt ea que est eadē in forma ad magis ac minus tale: alteratio est. Ea nāqꝫ mutatio qua ex ꝫrio ad ꝫriū itur: aut simplr̄ aut aliq̄ ex pte motus nimirū est. Nā si ad min⁹ tale accediṫ ad ꝫriū: si ad magis: vt ex ꝫrio in ipsuꝫ mutari diceṫ. Nihil eni iterest aliq̄ ex pte ꝗppiā: an absolute muteṫ. Attñ aliqua ex parte eē ipsa ꝫria oportebit. Est aūt ex eo magis minusue tale: qꝛ plus aut minus inest ꝫrij: ꝛ nō inest.

T.c.19. ℄ Que autē est in eadē spē mutatio in magis ꝛ min⁹ alteratio est. Aut eni ex ꝫrio aut i ꝫriū motus est: aut simplr̄: aut sic. In min⁹ qdeꝫ eni vadēs: i ꝫriū diceṫ mutare. In magis aūt: tanq̄ꝫ ex ꝫtrario in ipsuꝫ. Differt eni nihil sic mutare aut simplr̄: nisi φ sic idigebit ꝫria eē. Magis aūt ꝛ min⁹ est quo plus aut min⁹ ꝫtrarij īsunt: aut nō.

℄ Manifestat qđdā qđ poterat eē dubiū: ostēdēs ad quā spēm mot⁹ reducaṫ mutatio q̄ est ſm magis ꝛ min⁹. puta cū aliqd de magis albo fit min⁹ albū: ꝛ ecōuerso. Posset eni alicui videri φ reduceret ad motū augmēti ꝛ decremēti. Sꝫ ipse ōndit φ reduciṫ ad motū alteratiōis. ꝛ dicē φ mutatio q̄ est in eadē spe q̄litatis: puta in albedine vel in magis vel in min⁹: est alteratio. Et hoc pbat per hoc φ alteratio est mutatio de ꝫrio in ꝫriū ꝫ q̄litatē: qđ cōtingit dupl̄r. [Aut simpl̄r.] Cū aliqs mutaṫ de albo in nigrū: vel ecōuerso. [aut sic]. s. qñ aliqd mutaṫ de magis albo in minus albū: ꝛ ecōuerso. Et φ sic mutari sit mutari de cōtrario in ꝫriū ꝑbat per h̄ φ cū aliqd mutaṫ de magis albo in min⁹ albū: pōt dici mutari de ꝫrio in ꝫriū: qꝛ appropinquat ad ꝫriū. s. ad nigrū. cū aūt mutaṫ aliqd de min⁹ albo in magis albū: idē est ac si mutareṫ de ꝫrio i ꝫriū. s. de nigro in ipsum albū. ex hoc eni fit magis albū: qꝛ magis recedit a nigro: ꝛ pfectius pticipat albedinē. Et nihil differūt quātū ad h̄ φ sit alteratio φ muteṫ aliqd de cōtrario in ꝫriū. [vel simplr̄: vel sic.] scilicet ꝫ magis ꝛ minus: nisi φ qñ mutaṫ aliqd simplr̄ de ꝫrio in ꝫriū necesse est φ sint duo ꝫria in actu termini alteratiōis vt albū ꝛ nigrū. Sꝫ mutatio ꝫ magis ꝛ min⁹ est iquātū est plus ꝛ minus de altero cōtrarioꝝ. vel non est. ℄ Ulterius ibi.

℄ Ex his igitur que dicta sunt patet motus has tres solas esse mutationes.

℄ Et quidem igitur hi tres soli motus sunt: ex his manifestum est. T.c.20.

℄ Concludit ex dictis tres solum predictas species motus esse. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Est aūt imobile ꝛ id qđ moueri nō pōt: ꝛ id qđ multo in tpe vix moueṫ: aut id qđ tarde admodū incipit: ꝛ id insuꝑ qđ aptū est qdē vt moueaṫ moueriqꝫ pōt: nō tñ tūc cū est aptū moueri: ꝛ vbi: ꝛ quēadmodū est aptum mouetur: qđ qdem solū imobilium quiescere dico. Est enim motus contraria quies. Quare fit: vt ipsa sit priuatio susceptiui.

℄ Immobile aūt est qđ oino ipoſe ē moueri: sicē son⁹ inuisibilis. Et qđ multo tpe vix moueṫ: aut qđ tarde icipit: qđ diciṫ grauiter mobile. Et qđ aptū natū est moueri ꝛ possibile: nō moueṫ aūt tūc cū aptū natū est: ꝛ vbi: ꝛ sic: qđ quidē quiescere voco imobilium solum. Contrariū enim quies motui ē. Quare priuatio erit susceptiui.

℄ Ostēdit quot modis diciṫ imobile: ꝛ ponit tres modos. Primo eni diciṫ imobile illud qđ nullo mō est aptū natuꝫ moueri vt de⁹: sicē diciṫ inuisibile qđ nō ē natū videri: vt sonus. Scđo mō diciṫ imobile qđ difficile est moueri. ꝛ h̄ dupl̄r: vel qꝛ postq̄ꝫ icepit moueri moueṫ tarde ꝛ cuꝫ magna difficultate: sicē si qs dicat claudū imobilē: vel qꝛ difficile est φ incipiat moueri: ꝛ per multū tp̄s opꝫ ad h̄ laborare: sicē si dicam⁹ φ aliqs mōs vel aliqđ magnū saxuꝫ est imobile. Tertio mō diciṫ aliqd imobile qđ natuꝫ est moueri: ꝛ pōt de facili moueri: nō tñ moueṫ qñ natuꝫ est moueri: ꝛ eo mō quo natū est moueri. Et h̄ solū ꝑprie diciṫ qesceṙ: qꝛ qes est ꝫria motui. Et accipit hic ꝫrietatē large ſm φ etiā includit ꝑuationē. Unde cōcludit φ opꝫ φ quies sit ꝑuatio in susceptiuo motus. Cōtrariū eni ꝛ ꝑuatio nō est nisi in susceptiuo sui oppositi. ℄ Ultimo ibi.

℄ Quid igiṫ ē mot⁹: ꝛ qd qes: ꝛ quot sūt mutatiōes: ꝛ quot motus per ea q̄ diximus ꝑspicuuꝫ iam euasit.

℄ Quid qdē igiṫ est mot⁹ ꝛ qd qes ꝛ quot mutatiōes ꝛ quales motus: manifestum ex dictis. T.c.21.

℄ Epilogat que dicta sunt dicēs manifestū esse ex dictis quid sit motus: ꝛ quid quies: ꝛ quot sint mutatiōes: ꝛ quales mutationes possunt dici motus. LEC. V.

℄ Post hec dicam⁹ qd est simul eē: ꝛ seorsuꝫ: ꝛ qd tāgere: ꝛ qd iter: ꝛ qd deinceps: ꝛ qd herēs: ꝛ cōtinuū: ꝛ quibus horum vnūquodqꝫ competere aptum est.

P Ost hec autem dicamus quid est simul: ꝛ extraneū quid est: ꝛ quid est tāgere: ꝛ quid est medium: ꝛ cōsequenter: ꝛ quid habitum: ꝛ quid cōtinuuꝫ: ꝛ in qualibet re vnūqđqꝫ hoꝝ esse aptū natū sit.

Postq̄ꝫ Ph̄s diuisit mutationē ꝛ motū in suas species: hic ꝑcedit ad determinādū de vnitate

⁊ cõtrarietate mot⁹ in suas spẽs. Et circa h duo fac. Pri/mo pmittit q̃dã necessaria ad sequẽtia. Scdo ꝓsequitur principale ppositũ. ibi[Unus aũt mot⁹.] Circa pmũ tria facit. Pmo dicit de quo est intẽtio. Scdo exequit ppositũ. ibi[Simul qdẽ igit.] Tertio recapitulat. ibi[Quid qdẽ igit.] Dicit ergo pmo ꝙ dicẽdũ est post pdicta qd est sil: ⁊ quid est extraneũ vl separatũ: ⁊ qd est tãgere: ⁊ qd est mediũ: ⁊ qd est ꝯsequẽter: ⁊ qd habitũ: ⁊ qd ꝯtinuũ: in qbus hec nata sunt eẽ. Premittit aũt hec. qꝛ horũ diffinitionibus vtit in demõstrationib⁹ ꝯsequẽtibus per totũ librũ. sicut ⁊ in pncipio Euclidis ponunt diffinitiões que sunt sequentium demõstrationuz principia. [Secundo ibi.

[Simul igit ea loco dicunt eẽ que vno in loco sunt primo. Seorsum autez ea que in diuersis sunt locis. Ea dicuntur tangere: quorum extrema sunt simul.

T.c.22. [Simul qdem igitur dicuntur hec esse sm locum: quecunqꝫ in vno loco sunt primo. Separatim autem quecunqꝫ sunt in altero. Tangere autem quorum vltima simul.

[Exequit ppositũ. Et pmo diffinit que pmissa sũt. Scdo cõparat ea adinuicẽ. ibi[Manifestũ aũt ꝙ pmũ.] Circa primũ tria facit. Pmo diffinit ea que pertinẽt ad tãgere. Scdo ea que pertinẽt ad hoc qđ est cõsequẽter. ibi[Mediũ vo.] Tertio ea q̃ ptinẽt ad ꝯtinuũ. ibi[Cõtinuũ aũt.] Esse sil sm locũ quid. Et qꝛ in diffinitiõe eius qđ est tãgere ponit simul: iõ pmo diffinit ipsuz: ⁊ dič ꝙ illa dicunt eẽ simul sm locũ q̃ sunt in vno loco pmo: ⁊ dicit pmus loc⁹ vniuscuiusqꝫ: q ẽ ppri⁹ locus eius. Ex hoc eni aliq̃ dicunt eẽ simul ꝙ sunt in vno loco pprio: non aũt ex h ꝙ sunt in vno loco cõi: qꝛ sm h posset dici ꝙ oĩa corpora eẽnt simul. qꝛ oĩa cõtinent sub celo. Dicit aũt ꝙ simul dicunt hec eẽ sm locũ: ad differẽtiã eoꝝ que dicunt eẽ sil tpe. h eni nõ ẽ nũc ad ppositũ. Per oppositũ aũt dicunt eẽ separatiz vel seorsum q̃cũqꝫ sunt in alio ⁊ alio loco. Tangere quid. Tãgere aũt se dicunt quoꝝ sunt vltima simul. Ultima aũt corporũ sunt supficies: ⁊ vltia supficieꝝ sũt linee: ⁊ vltia lineaꝝ sunt pũcta. Si ergo ponat ꝙ due linee se tãgant in suis vltimis: duo pũcta duarum lineaꝝ se tangentium continebunt sub vno puncto loci continentis. Nec propter hoc sequitur ꝙ locatum sit maius loco: qꝛ punctũ additũ pũcto nihil maius efficit. Et eadem ratione se habet in alijs. [Secundo ibi.

[Id est inter: ad qđ pus accedere aptũ id qđ mutat q̃ ad id qđ vltimum mutat: sm nãm ꝯtinue subiens mutationẽ: atqꝫ hoc est in minimis trib⁹. Est eni vltimũ mutatiõis ꝯtrariũ ipsuz. Cõtinue aũt id mouetur qđ nihil aut perpaꝝ rei nõ tpis itermittit. Nihil eni intercapedo tpis ꝓhibet: fieriqꝫ põt vt post pmã fidiũ vltima ꝯtinuo sonet: sꝫ rei i q̃ mouet. Atqꝫ h ⁊ i motu qui loco accõmodat ⁊ in ceteris motiõib⁹ pꝫ. Cõtrariũ aũt id est in loco qđ plurimum recta linea distat. minima enim est finita: ⁊ finitum mensura.

[Mediũ vo in qđ aptũ natũ est primũ ptingere mutãs. quã in qđ vltimũ mutat sm nãm cõtinue mutãs. In min⁹ aũt est mediũ in trib⁹: vltiT.c.23. mũ qdẽ eni mutatiõis ꝯtrariũ est. Cõtinue autẽ mouet: qđ nihil aut paucissimũ deficit rei: non tpis. Nihil eni ꝓhibet deficiẽtẽ rei nõ tpis: ⁊ statiz aũt post hypatẽ sonare vltimã: sed rei in quã mouet. Hoc aũt ⁊ in his q̃ sunt sm locum: ⁊ in alijs mutatiõibus manifestũ est. Cõtrariũ autẽ sm locũ est: sm rectitudinez distãs plurimum.

ὑπάτη: p⁹ chorda grauis siue chorda inferior. T.c.24. T0. M.

Minima aũt finita. Metrum autem finitũ est. T.c.24. Metrum

[Diffinit ea q̃ ptinẽt ad h qđ ꝯñr se hꝫ. ⁊ circa h tria fac. Pmo diffinit mediũ qđ ponit in diffõne eius qđ est cõsequẽter. Scdo diffinit h qđ est ꝯsequẽter. ibi[Cõsequẽter aũt.] Tertio ifert qđdã correlariũ ex dictis. ibi[Qm aũt ois mutatio.] Medium quid. Dicit g̃ pmo ꝙ mediũ est in qđ pmo aptuz natũ est ꝑuenire id qđ ꝯtinue mutat sm nãm: q̃ in vltimũ terminũ mot⁹ in quẽ mutat. Sicut si aliqd mutatur de. a. in. c. per. b. dũmõ sit ꝯtinu⁹ mot⁹. pmo ꝑuenit ad. b. q̃ ad. c. Mediũ aũt põt qdẽ eẽ in plib⁹: qꝛ inter duo extrema pñt eẽ multa media: sicut iter albũ ⁊ nigꝝ sunt multi colores medij. Sed ad min⁹ opꝫ ꝙ sit in trib⁹: quoꝝ duo sunt extrema: ⁊ vnũ mediũ. Sic igit mediũ est per qđ in mutatiõe ꝑuenit ad vltimũ: sꝫ vltimũ mutatiõis ẽ ꝯtrariũ. dictũ est eni supra ꝙ mot⁹ est de ꝯtrario in ꝯtrariũ. Et qꝛ in diffinitiõe medij posuerat ꝯtinuationẽ mot⁹. ꝯñr ostdit qd dicat ꝯtinue moueri. Põt aũt ꝯtinuatio mot⁹ ex duobus attẽdi: ⁊ ex tpe in quo mouet: ⁊ ex re per quã trãsit: sič est magnitudo in motu locali. Ad hoc igit ꝙ sit mot⁹ ꝯtinu⁹ reqrit ꝙ nulla interpolatio sit in tpe: qꝛ quãtũcũqꝫ modicũ iterpolaret mot⁹ sm tps: nõ eẽt cõtinuus. Sed ex pte magnitudinis per quã trãsit mot⁹: põt eẽ aliq̃ media iterpolatio sine ꝑiudicio ꝯtinuatiõis mot⁹: sicut pꝫ i trãsitib⁹ viaꝝ in qbus ponunt lapides abinuicẽ modicũ distãtes: per quos trãsit hõ de vna pte vie ad aliam motu ꝯtinuo. Hoc est ergo qđ dicit q[ꝯtinue mouet illud qđ nihil deficit rei.] idest qđ nõ hꝫ iterpolationez ex pte rei per quã trãsit. Aut si deficit paucissime deficit. Sed tps non põt nec paucissimũ deficere: si sit motus ꝯtinu⁹. Quõ aũt res possit deficere in motu ꝯtinuo maĩfestat subdẽs. ꝙ nihil prohibet aliqd moueri ꝯtinue cũ defectu rei: sed nõ tpis. Sicut si aliqs citharizãs. statiz post hypaten. i. pmã chordã grauẽ: sonet vltimã acutã. itermissis qbusdaꝫ chordis in medio. Sꝫ iste defect⁹ est rei in q̃ est mot⁹: nõ aũt tpis. Hoc aũt qđ dictũ est de ꝯtinuitate mot⁹. itelligẽdũ est tã in motu locali: q̃ in alijs motibus. Sed qꝛ nõ est manifestũ quõ vltimũ in motu locali sit ꝯtrariũ: qꝛ loc⁹ videt esse cõtrarius loco. iõ hoc manifestat. ⁊ dicit ꝙ ꝯtrariũ sm locũ est qđ plurimũ distat sm lineam rectam. Contrarium sm locum quid. Et intelligẽdũ est plurimam distantiam esse sm comparationẽ ad motum: ⁊ mobilia: ⁊ mouẽtia. Sicut maxime distant sm locum per comparationem ad motum grauium ⁊ leuium: centrũ ⁊ extremitas celi quo ad nos. Secũdũ autẽ motũ meum vel tuum maxime distat id quo intẽdimus ire ab eo a quo incepimus moueri. Quid autem sibi velit qđ dixit[sm rectitudinem.] exponit subdens.[minima autez finita.] Ad cuius intellectum considerandum est ꝙ minima distantia que est inter quecunqꝫ duo puncta signata est linea recta quam contingit vnam tñ esse inter duo puncta. Sed lineas curuas contingit in infinitum multiplicari inter duo puncta: sm ꝙ due linee curue accipiuntur vt arcus maiorum vel minorum circulorum. Et quia omnis mensura debet esse finita: alias non posset certificare quantitatem: qđ est proprium mensure: ideo distantia maxima que est inter duo: non potest mensurari sm lineam curuam: sed solum sm lineam rectam que est finita ⁊ determinata. [Secundo ibi.

[Deiceps id ẽ: iter qđ post pncipiũ aut positiõe aut forma aut aliquo alio definitũ: ⁊ id ad qđ deinceps dr eẽ: nihil eoꝝ cadit q̃ in eodẽ genere sũt. Ut linea ad lineã: vel linee: aut vnitas ad vnitatẽ: vel vnitates: aut dom⁹ ad domũ. Nihil vo ꝓhibet iter ipa qppiam aliud esse. Quod enim deinceps est: ad quippiam est deinceps: ⁊ est quid posterius illo. Nõ eniꝫ ipsum vnum ad duo: aut calende ad nonas: sed hec

ad illa deinceps sunt. Herens autem id est qd deinceps est: atqꝫ insuper tangit.

T.c.25. ¶ Cōsequēter aūt qd cū post primū solū sit: aut positione aut spē: aut aliquo sic determinatoꝝ: nullū mediū est eoꝝ q̄ sūt in eodē genere: ⁊ cui⁹ ꝯsequēter est. Dico aūt vt linea linee: ſm ꝙ sūt linee: aut vnitati vnitas. ſm ꝙ sunt vnitates: aut domus domus. Aliud aūt nihil ꝓhibet esse mediū. Cōsequēter eni: alicui ꝯsequēter: ac posterius aliquid. Non enim vnuꝫ consequenter est duobus: neqꝫ noua luna secunde consequenter: sed hec illis.

T.c.26. ¶ Habitum autem est: qd consequenter est: cum tangat.

Consequenter se habere quid ¶ Diffinit h qd ꝯñr se habet: ⁊ quādā spēꝫ ei⁹ scilꝫ habitū. ⁊ dicit ꝙ ad h ꝙ aliqd dicaꝛ eē cōsequēter ad alteꝝ duo reqruntꝛ: quoꝝ vnū est ꝙ sit post aliqd primū quodā ordine: vel ſm positionem: sicut in his q̄ sūt ſm ordinē in loco. vel [ſm spēm] sicut dualitas est post vnitatē: vel quocūqꝫ alio mō aliq̄ determinate ordinentꝛ: sicut ſm virtutē: ſm dignitatē: ſm cognitionē. ⁊ hui⁹. Aliud qd reqriꝛ est ꝙ iter id qd ē ꝯñr ⁊ id cui est ꝯñr nō sit aliqd mediuꝫ de nūero eoꝝ q̄ sūt in eoꝝ genere: sicut linea ꝯñr se habeat ad lineā: si nulla linea sit in medio: ⁊ similr est de vnitate ad vnitatē: ⁊ de domo ad domū. Sed nihil ꝓhibet ad h ꝙ aliqd sit ꝯñr alteri cū aliqd sit mediū inter ea alterius generis: sicut si aliqd aial sit mediū iter duas dom⁹. Quare aūt dixerit [⁊ cuius est ꝯñr ⁊ qd est post primū] manifestat subdēs: ꝙ oē qd dr ꝯñr est respectu alicuius: ⁊ nō tanq̄ prius: sed tanq̄ posteri⁹. Nō eni dr ꝙ vnū sit consequenter duob⁹: neqꝫ noua luna secūde: sed econuerso. Deinde

Habitum est quid. diffinit quādā spēm eius qd est consequenter: habituꝫ. s. ⁊ dicit ꝙ non omne qd est cōsequēter: est habitū: sed qd sic est cōsequēter qd tangit: ita ꝙ nihil sit medium: non solū eiusdē generis: sed nec alterius. ¶ Tertio ibi.

¶ Quoniaꝫ aūt oīs mutatio est in oppositis: hec aūt sunt contraria: ⁊ nihil est medium contradictionis: patet ipm qd est iter in contrarijs ipsis esse.

¶ Quoniā aūt omnis mutatio in oppositis est: opposita aūt contraria: ⁊ que ſm contradictionem sunt: contradictionis aūt nihil mediuꝫ: manifestum est ꝙ in cōtrarijs erit medium.

¶ Cōcludit ex pmissis ꝙ cū mediū sit p qd aliqd mutaꝛ i vltimū: ⁊ oīs mutatio sit iter opposita q̄ vel sunt ꝯtria vel ꝯdictoria: in ꝯdictorijs aūt nihil ē mediū: relinqtur ꝙ oē mediū sit inter ꝯtria aliquo modo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cōtinuū aūt est qd herēs. Dico aūt tūc ꝯtinuū eē: cū vtriusqꝫ fines qbus se tāgūt: vnū idēqꝫ fuerūt facti: atqꝫ vt nomē significat ꝯtinenꝛ. Quod qdem eē nō pōt si extrema sint duo. Hoc definito pꝫ in his eē ꝯtinuū ex qb⁹ aptū est vnū qd fieri tactu: ⁊ vt sit ipm cōtinuū vnum: sic ⁊ ipsum totum fore vnum. Veluti clauo vel glutine vel tactu vel copulatione.

Continui diffinitio. ¶ Cōtinuū aūt est qd qdē habitum aliqd. Dico aūt eē ꝯtinuū cū idē fiat ⁊ vnus vtriusqꝫ termin⁹ eoꝝ q̄ tanguntꝛ: ⁊ sic significat nomē cōtinui.

T.c.27. Hoc aūt eē nō pōt: cū duo sint vltima. ¶ Sed hoc determinato manifestum est ꝙ in his est continuuꝫ: ex quibus vnum aliquod aptum natum est fieri ſm contactum. Et sicut aliquando sit continuum vnum: sic ⁊ totuꝫ erit vnum: vt aut penetratione aut conclauatione: aut collatione: aut tactu: aut adnascentia.

¶ Manifestat qd sit ꝯtinuū: ⁊ dicit ꝙ cōtinuū ē aliq̄ spēs habiti. Cū. n. vn⁹ ⁊ idē fiat termin⁹ duoꝝ q̄ se tāgūt: dr eē ꝯtinuū. Et h ēt signat nomē. Nā ꝯtinuū a ꝯtinuādo dr. Qñ igr multe ptes ꝯtinēꝛ in vno: idest qñ sil' se tenēt: tūc est ꝯtinuū. Sꝫ h nō pōt eē cū sint duo vltia: sꝫ solū cū est vnū. Ex h aūt vlteri⁹ ꝯcludit ꝙ ꝯtinuatio eē nō pōt nisi in illis ex qb⁹ natū ē vnū fieri ſꝫ ꝯtactū. Ex eadē eni rōne aliqd totū est ſm se vnū ⁊ ꝯtinuū: ex q̄ ex multis sit vnū ꝯtinuū: vel p aliquā cōclauationē: vel per aliquā incollationē: vel per quecūqꝫ modū cōiungendi: ita ꝙ fiat vnus terminus vtriusqꝫ: vel etiā per h ꝙ aliqd iuxta aliud naturaliter nascitur sicut fructus adnascitur arbori ⁊ cōtinuaꝛ quodam modo ei. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Patet etiā primū id eē qd ē deiceps. Qd eni tāgit: id deiceps eē necesse est. Nō oē aūt qd deiceps est: tangit. Quapropter ipm deiceps eē: ē ⁊ in hisce que sūt rōne priora: velut in nūeris: tactus vō non est.

¶ Manifestū aūt ⁊ qd primū ꝯñr. Cōtactū qdē eni: ē necesse ꝯsequēter eē. Quod ꝯsequēter aūt non oē tangere. Unde in prioribus rōne: consequēter est. vt in numeris: tactus aūt non est. T.c.28.

¶ Cōparat tria pmissoꝝ adinicē de qb⁹ pncipalr itēdit. s. ꝯñr se hñs: ad ꝯtactū: ⁊ ꝯtinuū. Et circa h tria faꝛ. Primo cōpat ꝯñr se hñs: ad ꝯtactū. 2° ꝯtactū ad ꝯtinuū ibi [Et si qdē ꝯtinuū.] Tertio ifert qddā correlariū ex dictis ibi [Quare ē si vnitas.] Dicit ḡ pmo manifestuꝫ eē ꝙ ꝯñr se hñs: ē primū iter cetera pmissa ordie nāe: ſꝫ ꝙ dr eē prius a quo nō ꝯuertiꝛ ꝯña eēndi. qꝛ oē ꝯtactū neče est eē ꝯñr. Opꝫ eni iter ea q̄ se ꝯtingūt eē aliquē ordinem ad minus positione. Sed nō opꝫ oē qd ꝯsequēter se habet: esse tangens: qꝛ ordo pōt esse. in quibus nō est tactus: sicut in separatis a materia. Unde hoc qd est ꝯsequenter inuenitur in his q̄ sūt priora ſꝫ rōnē. Inueniꝛ eni in nūeris in qb⁹ nō inueniꝛ tactus: qui inuenitur solum in ꝯtinuis: numeri aūt ſm rōnē sunt priores continuis quantitatibus: sicut magis simplices ⁊ magis abstracti. ¶ Secundo ibi. p° meta.

¶ Et si ꝯtinuū ē: tāgat necesse ē. Si vō tangat: nōdū ꝯtinuū ē. nō eni si sil' sint extrēa ipoꝝ: vnū ipa esse necesse ē: sꝫ si sint vnū: ⁊ sil' eē necesse ē. Quare copulatio vltima est generatiōe. Tangāt enim necesse est: si copulabuntur extrema: ea vō que tangunt: non vniuersa sunt copulata. In qbus autem tactus non est: in hisce patet nec copulationem esse.

¶ Et si qdē ꝯtinuū etiā necesse est tāgere. Si vō tāgit: nōdū ꝯtinuū est. Nō eni necesse est vnū eē ipsoꝝ vltima: si simul sūt. Sed si vnū sūt necesse est ⁊ sil'. Quare isert⁹ vltimus ēst ſm gnātionem: necesse est eniꝫ tangere: si adnata erunt vltima. Contacta autem: non omnia adnata sunt. In quibus autem non est tactus: manifestum est ꝙ non est consertus in his.

¶ Cōparat cōtactū ad ꝯtinuū. ⁊ dicit ꝙ eadē rōne contactuꝫ est prius q̄ cōtinuū: qꝛ si aliqd ē ꝯtinuū: necesse ē ꝙ sit tangens: sed nō est necessariū si tāgit ꝙ sit ꝯtinuū. Et hoc probat p rōnē vtriusqꝫ. Nō enim necessariū est ꝙ vltima aliquoꝝ sint vnū. qd est de rōne ꝯtinui. si sūt simul: qd est de rōne ꝯtacti: sed necesse ē econuerso. si vltima sūt vnū: ꝙ sint sil': rōne qua pōt dici ꝙ vnū sit sil' sibiipsi. Si

aũt hoc qđ dico siľ ipoꝛtat habitudinẽ distinctoꝝ nõ pñt eẽ vnũ que sũt siľ: ⁊ ẜm hoc nec ꝯtacta eẽ possunt que sũt ꝯtinua. Sed cõiter accipiendo. Vñ ꝯcludit ꝙ [insertus] id est ꝯtinuatio ẜm quã vna pars iseriẗ alteri in vno termino: est vltimus in ordine generationis: prout specialia sũt posterioꝛa cõibus: sicut prius generaẗ aĩal q̃ hõ. Et iđ dico esse vltimuȝ insertum: qꝛ necesse est aliq̃ se tangere adiuicẽ si vltima coꝝ [sũt adnata] id est nãlr vnita. Sed nõ est necessariũ ꝙ oĩa q̃ se tãgũt ꝙ sint nãlr adnata adiuicẽ. Sed in qbus nõ põt eẽ ꝯtact⁹: manifestũ est ꝙ ł his nõ põt esse [consertus] .i. ꝯtinuatio. ❡ Tertio ibi.

❡ Quare si pũctũ est separatim ac vnitas: vt qdã dicũt: vnitatẽ ac pũctũ idem esse ipossibile est. Puncto enim competit tactus: vnitatibus eẽ deinceps. Et inter illa quidem esse aliquid põt: cõmunis enim linea est inter pũcta: inter vnitates autem nihil eẽ necesse est: nihil est enim inter dualitatem ac vnitatem.

T.c.29. ❡ Quare si est vnitas ⁊ punctuȝ qualia dicũt separata. Nõ possibile est vnitatẽ ⁊ pũctũ idem. His qdẽ inest tãgere: vnitatibus aũt ꝯsequẽter. Et hoꝝ qdẽ ꝯtingit esse mediũ. Omis enim linea

T.c.30. mediũ pũctoꝝ est. Haꝝ aũt nõ est necesse. Nullum enim mediũ est dualitatis ⁊ vnitatis.

❡ Cõcludit qđdã correlariũ ex dictis. i. ꝙ si vnitas ⁊ punctus sunt separata. sicut qdã dicũt ponẽtes mathematica separari ẜm esse: sequiẗ ꝙ vnitas ⁊ punctũ nõ sunt idem. Et hoc manifestum fit duabus rationibus. Primo qdeȝ quia puncta sunt in his que nata sunt se tangere: ⁊ ẜm pũcta aliqua se tangunt adinuicem. In vnitatibus autẽ nõ inueniẗ contactus. sed solum hoc qđ est ꝯñr. Scđo võ qꝛ inter duo puncta contingit esse aliquid mediũ. omnis enĩ linea est medium inter duo puncta. Sed inter duas vnitates non necesse est aliqđ mediũ. Pȝ enim ꝙ inter duas vnitates que constituunt dualitatem: ⁊ ipsam primã vnitatem: nihil est medium. ❡ Ultimo ibi.

Vnitas ⁊ pũctũ nõ sũt idem. ꝓbat ir.

❡ Quid igitur est simul esse seoꝛsumq; : quid tangere: quid inter: atq; deinceps esse. Quid est herens: atq; continuum: ⁊ quibus hoꝛum vnumquodq; cõpent: satis iam diximus.

❡ Nõ quideȝ igitur est simul: ⁊ extra: ⁊ quid tãgere: ⁊ quid medium: ⁊ quid consequenter: ⁊ quid habitum: ⁊ quid continuuȝ: ⁊ in quolibet vnumquodq; eoꝛum inest: dictum est.

❡ Epilogat q̃ dicta sunt: ⁊ est planũ in lr̃a. LEC. VI.

❡ Unus aũt motus multis diciẗ modis. Unuȝ enim ipsum multipliciter dicimus. Genere igitur vnus est motus per p̃dicamẽti figuras: lationes namq; oẽs vnus genere motus sunt. Alteratio autem a latione genere est diuersus.

T.c.31. Unus autẽ motus diciẗ multipliciter. Unum quidẽ enim multipliciter dicimus. Genere quidẽ igitur vnus est ẜȝ figuras predicamẽti. Loci mutatio quidẽ enim omni loci mutationi genere vna est. Alteratio aũt a loci mutatione altera genere est.

Postq̃ phs posuit q̃sdã diffinitiones necessarias ad seqnẽtia: ꝓcedit ad tractãdũ de vnitate ⁊ diuersitate motus. Et p̃mo determinat de vnitate ⁊ diuersitate mot⁹. Scđo de ꝯ̃rietate q̃ ẽ q̃dã diuersitas spẽꝝ. ibi [Amplius aũt determinãdũ.] Circa p̃m duo facit. Primo distiguit vnitatẽ motus ẜm tres cões modos. 2° alterũ eoꝝ subdiuidit. ibi [Qm̃ aũt ꝯtinuũ est.] Circa p̃m tria facit. Prio oñdit qũo mot⁹ dicaẗ vn⁹ genere. Scđo qũo dicaẗ vn⁹ spe. ibi [Spe aũt vn⁹ est ⁊c.] Tertio qũo dicaẗ vn⁹ nũero ibi [Simplr̃ aũt vnus.] Dicit ĝ p̃mo ꝙ motus dr̃ vn⁹ multipliciter ẜȝ ꝙ ipȝ vnũ ł cõi acceptũ multiplr̃ dr̃. s. genere: ⁊ spe: ⁊ nũero. Dr̃ aũt mot⁹ vn⁹ genere ẜm figuras p̃dicamẽti. Oẽs enĩ q sũt in vna cooꝛdinatiõe p̃dicamẽti: possunt dici vnus mot⁹ genere. Sicut oĩs loci mutatio est vnus motus genere: que est ĩ vno p̃dicamẽto vbi. Differt aũt genere ab alteratione que est in predicamẽto q̃litatis. vt supra dictum est. ❡ Secundo ibi.

Motus vn⁹ genere quid.

❡ Specie võ est vnus: qñ ⁊ genere est vnus: ⁊ in indiuidua specie ẽ: veluti coloꝛis qdẽ sũt differẽtie. Igitur dealbatio ⁊ denigratio diuersi sunt spe motus. Oẽs igiẗ dealbatiões eadẽ in spe sũt: ⁊ oẽs indẽ denigrationes albedinis aũt nõ sunt. Quapꝛopter dealbatione oẽs vnus specie motus sũt. Quod si sint aliqua que genera sunt ⁊ spẽs simul: patet vnũ qdeȝ in illis specie motũ eẽ. Nõ absolute tamẽ specie vnũ: qualis est disciplina: si scientia existimationis quidẽ est species: scientiarum autem genus.

❡ Specie aũt vnus est. cũ genere vnus ⁊ indiuidua spe sit: vt coloꝛis qdẽ sunt dr̃e: tã igiẗ alius spe denigratio ⁊ dealbatio. Omis aũt dealbatio oĩ dealbationi idẽ ẜm spẽȝ erit: ⁊ oĩs denigratio denigrationi. Albedini autẽ nõ amplius. vnde specie vna dealbatio albationi omni. Si aũt sũt quedam que ⁊ genera simul ⁊ species sũt: manifestũ est ꝙ vt specie vnum erit: simpliciter vnus specie non: vt doctrinatio: sed scientia quidem spẽs existimationis: genus aũt sciarum aliaꝝ.

❡ Ostendit qũo mot⁹ sit vn⁹ spe. Et p̃mo oñdit ꝓpositũ. Scđo mouet quãdã dubitationẽ. ibi [Dubitabit aũt aliquis.] Dicit ĝ p̃mo ꝙ mot⁹ dȝ vnus spe cũ non solum est vnus ẜm genus: sed ẽt ẜm spẽm indiuiduam. i. specialissimam: q̃ nõ diuidiẗ in alias spẽs. Sunt. n. quedam spẽs q̃ diuiduntẗ: sicut coloꝛ spẽs est qualitatis: sed tñ hȝ differentias quibus in spẽs diuersas diuidiẗ. Uñ motus q sũt ẜȝ coloꝛes: pñt esse diuersi spe: sicut dealbatio ⁊ denigratio: sed oĩs dealbatio ẽ eadẽ ẜȝ spẽm: silr̃ ⁊ oĩs denigratio: qꝛ albedini nõ sunt amplius spẽs in quas diuidaẗ. Sȝ si sũt q̃dam que sunt siľ genera ⁊ spẽs: manifestũ ẽ ꝙ motus q cõueniunt in spe subalterna [sunt vt vnũ spe] .i. ẜm quid vn⁹: sed similr̃ nõ sunt vn⁹ spe. Sicut scia q̃dã ẽ spẽs existimationis: ⁊ genus diuersaꝝ sciaꝝ. Uñ oĩs doctrinatio q̃ ẽ mot⁹ ad sciam: est quodãmõ vna spe: nõ tñ simplr̃: qꝛ doctrinatio qua doceẗ grãmatica ẽ simplr̃ alia spe ab ea qua doceẗ geometria. ❡ Attendendum est aũt ꝙ in premissis vnitateȝ ⁊ diuersitatem motus determinauit ẜm genera ⁊ spẽs in qb⁹ cõtingit motũ eẽ: qꝛ mot⁹ quodãmõ reduciẗ ad genus rerũ in qb⁹ est motus. ❡ Scđo ibi.

Motus vnus spe quid.

Nota

❡ Dubitauerit aũt quispiã si vn⁹ sit specie motus cuȝ ex eodẽ in idẽ idẽ mutaẗ: veluti pũctũ vnũ ex hoc loco in hũc locũ iteꝝ iterũue. At si sit: ꝯuersio rectaq; latio idẽ erũt spe mot⁹: ⁊ volutatio itẽ ac ambulatio. An definitũ est diuersũ eẽ motũ: si id in quo sit mot⁹ spe sit diuersuȝ. Circunflexũ aũt a recto spe differt: genere igiẗ specieue motus hoc pacto est vnus.

T.c.32. ❡ Dubitabit autem aliquis: si specie vnus motus sit cum ex eodem idem in idem mutetur: vt

vnum punctum ex hoc loco in hunc locum iterum ⁊ iterum. Si autem hoc est. erit circulatio rectitudini eadem: ⁊ volutatio ambulationi.

T.c.33. ¶ Aut determinatū est id in quo est si alterꝝ est spē: qm̄ alter mot⁹ ē. Circulare aūt a recto alterꝝ spē ē. Sūc qdē igiẗ ⁊ spē motus vnus sic est.

¶ Mouet quandā dubitationē circa pmissa. Utruꝫ scilꝫ ex necessitate sit vnus spē motus cū aliqd idē mutaẗ multotiēs de eodē in idē: sicut si vnū punctū ẜm geometras: qui imaginanẗ punctū moueri: moueaẗ ex h̄ loco in hūc locū multotiēs. Et hoc qdē videẗ ẜm pmissa. Si enī motus qui sūt in eadē spē vt in albedine sunt idē specie: multo magis duo motus qui sūt i eūdē locū numero. Si aūt h̄ ꝯcedaẗ sequiẗ iconueniens. s. ꝙ motus rectus sit vnus spē motui circulari. Cōtingit enī ab h̄ loco in hūc locum. pmo qdē moueri circulariter q̄si per arcū quēdā: postmodū vō motu recto q̄si per lineā rectā. Et silr sequiẗ in motib⁹ aialiū ꝙ ambulatio q̄ est p lineā rectā sit eadem ẜm spēm volutationi q̄ aial p lineā circularē voluēdo se moueẗ. Hāc aūt dubitationē soluit ẜꝫ pmissa. Determinatū est enī ꝙ si id in quo est mot⁹ ē alterꝝ spē: ⁊ mot⁹ est alter spē. vt sic ad hoc ꝙ motus sit idē spē: non solum requiriẗ idētitas termini ẜm spēꝫ: sed ēt idētitas eius per qḋ trāsit motus. Manifestuꝫ est aūt ꝙ linea recta ⁊ circularis sūt diuerse ẜm spēm. vnde motus circularis ⁊ rectus: ⁊ volutatio ⁊ ambulatio nō sūt idē ẜm spēꝫ: quamuis sint circa eosdē terminos: q2 via nō est eadē ẜm spēm. Sed si sint idē termini ⁊ eadē via ẜm spēm: sūt idē motus ẜm spēꝫ: ⁊ multo magis si termini ⁊ via sunt eadē numero: motus iterati erunt idem ẜm spēm. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Absolute aūt his vnus ē motus: qui substātia ⁊ numero vnus est. Sed quisnā sit talis patefiet facta diuisione. Tria enī numero sunt circa que motuꝫ dicim⁹ eē. Quod: in quo: ⁊ quādo. Dico aūt hoc pacto: esse enī quippiā qḋ moueẗ necesse est: velut hoiem: aut aurum. Et in aliquo hoc moueri: ceu in loco: aut in affectu. Et quādo. Omne enim qḋ moueẗ in tēpore moueẗ. Esse igiẗ genere aut specie vnū: in ipsa re in qua sit motus cōsistit. Herere aūt in tēpore erat. At eē simpliciter vnū in vniuersis hisce cōsistit. Etenīꝫ id in quo sit motus: vnū ⁊ indiuiduū eē opꝫ. Ueluti formā: ⁊ tēpus vnū esse: ⁊ nō itercapedines fieri. Et id qḋ moueẗ vnū nō per accidens eē: vt albū nigrescere: ⁊ coriscuꝫ ambulare. Unū aūt est coriscus ac albū: sed per accidens. Neqꝫ cōmune. Fieri enim pōt: vt duo simul homines eadē sanatione sanentur: ex oculorū morbo in sanitatē eorundem pergentes: At non vnus motus hic est: sed specie vnus.

T.c.34. ¶ Simpliciter aūt vnus motus est: q suba qdē vnus ⁊ numero ē. Quis aūt hui⁹ sit manifestū est diuidētibus. Tria enī sūt ẜm numerꝝ: circa q̄ dicim⁹ motū vnū: qḋ: ⁊ in quo: ⁊ quādo. Dico aūt qḋ: qm̄ nece est aliqd eē qḋ moueẗ: vt hoieꝫ aut aurū. Et in aliquo h̄ moueri: vt in loco aut

T.c.35. in passione. Et qñ. In tpe enī oē moueẗ. ¶ Horū aūt triū: genere qdē aut spē eē vnū: est in re in qua moueẗ. Habitū aūt erat i tpe. Simpliciter aūt vnū in oib⁹ his est. Et nāqꝫ in quo est: vnū opꝫ eē ⁊ idiuisibile vt spēm. Et ẜm qñ vnū tēpus ⁊ nō deficiēs. Et qḋ moueẗ vnū eē: nō ẜm accidens. vt albū nigrū fieri: ⁊ coriscū ambulare: vnū aūt est coriscus ⁊ albū: sed ẜm accidēs. Neqꝫ cōmune. Esset enī duos homines simul sanari ẜm eandē sanitatē: vt ophthalmie. Sed non vnus hic est: sed specie vnus est. sophthal- i. morbus oculoꝝ.

¶ Ponit tertiū modū quo motus diciẗ vnus numero. Et circa h̄ duo facit. Primo manifestat qs motus sit vn⁹ numero. Scḋo circa h̄ mouet q̄sdā dubitationes ibi [Socratē aūt.] Dicit g̃ pmo. q ẜm pdictos modos nō dicitur motus vnus simplr: sed ẜm qd: scilꝫ genere ⁊ spē. Tertio aūt modo diciẗ mot⁹ simplr vnus qui est vnus nūero ẜꝫ essentiā. Quis aūt motus sit h̄ mō vnus manifestuꝫ erit distiguēdo ea q̄ regruñẗ ad motū. Sūt enī nūero tria circa q̄ ꝯsistit vnitas motus. s. subm qḋ moueẗ: ⁊ genus vel spēs in qua est motus: ⁊ tēpus qñ moueẗ. Et manifestat singula. Qḋ moueẗ qdē dictū est: q2 necesse est aliqd esse in quocūqꝫ motu qḋ moueẗ: sicut hoies: aut aurū. vel qḋ cūqꝫ corpus. Et silr necesse ē hoc: vel quecūqꝫ alia mobilia moueri in aliquo genere vel spē: puta in loco. [aut in passiōe] .i. in passibili q̄litate. Et silr nece ē ꝯsiderare qñ moueẗ: q2 oē qḋ moueẗ moueẗ in tpe. Cōtingit aūt de numero hoꝝ triū iueniri vnū genere aut spē in re in q̄ ē motus: sicut loco vel q̄litate. Sed in tpe nō ē attēdēda q̄tuꝫ ad vnitatē mot⁹ vnitas generis vel spēi: cū nō sit nisi vnū vnū tps ẜꝫ spēꝫ: sed ꝙ sit habitū id est ꝯtinuo ꝯñs absqꝫ iterpolatione. Unitas aūt motus ẜꝫ quā dr̄ simplr vnus ꝯsistit in vnitate oium hoꝝ. Opꝫ enī id in quo ē mot⁹ eē vnū ⁊ idiuisibile eo mō quo spēs spālissima indiuisibilis dr̄. Et iterꝝ opꝫ ẜm tps qñ sit motus eē vnū ꝯtinuū [⁊ nō deficiēs] id est absqꝫ iterpolatiōe. Et tertio opꝫ id qḋ moueẗ eē vnū. Sed excludit duos modos vnitatis subiecti q nō sufficiūt ad h̄ ꝙ motus sit vn⁹ simplr. Primus modus est ẜm accñs: sicut coriscus ⁊ albus sūt vnū ẜm accidens nō tñ motus ꝓprius corisci ⁊ motus ꝓprius albi est vnus. Motus enī ꝓpri⁹ albi est nigrū fieri. ⁊ motus proprius corisci ē ambulare: qui qdē mot⁹ differūt. Scḋs modus ē vnitas generis vel spēi. nō enī ad h̄ ꝙ sit vn⁹ mot⁹ nūero sufficit ꝙ subm sit vnū: sicut aliqḋ cōe vel gen⁹ vel spēs. Cōtigit enī duos hoies in eodē tpe sanari: ⁊ ẜm eādē spēm sanatiōis. puta q2 sananẗ de ophthalmia q̄ ē ifirmitas oculoꝝ. ⁊ sic ꝯcurrit vnitas ipsi⁹ qñ: ⁊ ei⁹ in quo. ⁊ vnitas subiecti ẜm spēm. Nō tñ he due sanationes sūt vnus motus numero: sed vnus specie. ¶ Secundo ibi. Motus vn⁹ nūero est simplr vnus quid.

¶ Introducit q̄dā dubitationē. Et circa h̄ tria facit. Primo ponit id qḋ videẗ i pmo aspectu de vnitate motus ẜꝫ numerꝝ. Scḋo mouet dubitationē circa h̄. ibi [Hēt aūt dubitationē.] Tertio determinat vitatē ibi [Eadē rō ē.] Dicit g̃ pmo ꝙ ꝯtigit aliqḋ vnū mobile: vt Socratē: ẜm alterationē eādē spē: alterari in vno tpe: ⁊ iterꝝ in alio: sicut si sanaẗ bis de ophthalmia. Hec aūt iterata alteratio erit vn⁹ motus nūero vt videẗ in pmo aspectu: si sanitas q̄ acquiriẗ sit eadē nūero. Et h̄ erit si ꝯtingat id qḋ est corruptū: iterū fieri vnū nūero: qḋ videẗ impossibile. Sanitas enim

¶ Si Socrates autem eadem alteratione specie diuersis tpibus alteraẗ: si corruptum iterum vnum numero fieri pōt: erit ⁊ hec alteratio vna: sin nō potest: erit eadem specie: sed non numero vna.

¶ Socratem aūt ẜm alterationem eandē alterari specie: in alio aūt tempore: ⁊ iterum in alio: si quidem contingit corruptuꝫ iterum vnum fieri numero: erit ⁊ hic vnus: si vō non: idem quidē ẜm speciem: vnus autem numero non. T.c.36.

que in p̄ma alteratiõe fuit acq̄sita:postmodū fuit corru-pta:ꝛ nõ põt recupari eadē nūero.Sꝫ videt̄ ꝙ si recupe-ret̄ eadē nūero ꝙ alteratio seq̄ns eēt vn⁹ nūero mot⁹cū p̄ma.Si vō nõ recupet̄ eadē sanitas nūero:erit q̄dē mo-tus idē specie:sed nõ vnus numero.¶ Secūdo ibi.

¶ Existit aūt huic similis dubitatio si vna sit ipsa sa-nitas ꝛ habitus ipsi oīno atq̄ꝫ affect⁹ in corporibus ipsis:necne.Ea nāq̄ꝫ que habēt moueri fluereq̄ꝫ vi-dent̄.Si eadem igit̄ atq̄ꝫ vna sit mane ꝛ nūc sanitas: cur ꝛ cum rursus quispiam amissam recuperauerit: ꝛ hec ꝛ illa non vna numero erit.

T.c.37. ¶ Hēt aūt dubitationē huic silem: ꝛ vtrū vna sa-nitas ꝛ oīno habitus ꝛ passiones substātie sint in corporibus. Moueri nāq̄ꝫ vident̄ habētia ꝛ fluētia. Si igit̄ eadē ꝛ vna que diluculo ꝛ nūc sanitas:quare nõ ꝛ cū deficiens accipiat iteꝝ sa-nitatem: ꝛ hec ꝛ illa vna numero erit.

¶ Mouet quādā aliā dubitationeꝫ circa h.Et dubitatio talis est.Si aliq̄s ꝯtinue p̄seueret in sanitate vel i quocū q̄ꝫ alio accidēte:vtꝝ vna sanitas vel q̄cunq̄ꝫ ali⁹ habitus aut passio possit eē i corporib⁹.Et videt̄ ꝙ nõ:q̄ꝛ q̄busdā physicis visuꝫ fuit ꝙ oīa subiecta q̄ habēt aliq̄s q̄litates aut habit⁹ sint in ꝯtinuo motu ꝛ fluxu.Si ḡ in aliquo q̄ sa-nus perseuerat vna ꝛ eadē sanitas est q̄ fuit in mane:ꝛ q̄ est nūc in meridie vel sero:nõ videt̄ rō posse reddi quare etiā si deficit aliq̄s a sanitate:ꝛ iteꝝ accipiat sanitateꝫ:se-cūda sanitas recupata nõ sit vna nūero cū sanitate prius habita.

Ad dubi tationem. Hāc aūt dubitationē Aristo.nõ soluit: q̄ꝛ non est ad ꝓpositū:sed magis ad ꝯsiderationem metaphysici:ad quē ꝑtinet ꝯsiderare de vno ꝛ multo ꝛ eodē ꝛ diuerso.Et iteꝝ q̄ꝛ illa dubitatio sup̄ falso fundat̄.s.ꝙ oīa sint in ꝯti-nuo motu ꝛ fluxu:q̄d Heraclitus opinat⁹ est.Et h Aristo.

T.c.10, cō.22. iprobat in 4° meta^{ce}. Nec tñ est sīlis rō:q̄ꝛ q̄diu sanitas manet lꝫ varieť hō ſm sanitatē:vtputa si fiat hō magis vel min⁹sanus nõ itercipit̄ eē sanitatis:sicut itercipit̄ q̄ñ totaliter corrumpitur sanitas.¶ Tertio ibi.

¶ Est eni eadē rō.Uteꝝ hoc iteresse videt̄:ꝙ si habi-tus sint duo:duo erūt ꝛ ipsi act⁹: sicut si act⁹ sit vn⁹: ꝛ habitū vnū eē necesse ē.Un⁹eni actus nūero : vn⁹ nūero habitus est. At si habitus sit vnus.Nõ fortas-se quispiā videbit̄ vnus etiā actus esse . Cum enim cessauerit quispiā ambulare non est ipsa ambulatio. Rursus aūt ambulāte erit.Q̄d si vna ꝛ eadē est:ideꝫ ac vnū ꝛ corrūpi ꝛ esse persepe põt. He igit̄ dubita-tiones extra presentē ꝯsiderationē eē videntur.

T.c.38. ¶ Eadē eni ratio est:nisi ꝙ in tātū differūt: q̄ꝛ si q̄dē duo idē sicut nūero:vn⁹ ꝛ habit⁹ eē neceē ē. Unus eni nūero act⁹:vni⁹nūero. Si vō habit⁹ vn⁹ē:fortassis nõ alicui videbit̄ vn⁹ ꝛ act⁹ esse. Cū eni pauset ambulās:nõ ampli⁹ ē hec ambu-latio.Iteꝝ aūt ambulāte erit. Si igit̄ vn⁹ ꝛ idē ē: ꝯtigit vnū ꝛ idē corrūpi: ꝛ eē multotiēs. He q̄dē igit̄ sūt dubitationes extra que nūc est itētionē.

¶ Determinat vitatē circa id q̄d supra ꝓdixerat:Dixerat eni supra.ꝙ si sit eadē q̄litas q̄ recupat̄:erit idē mot⁹nūe ro scda alteratio cū p̄ma.Si vō nõ redit eadē nūero q̄li-tas:seq̄t̄ ꝙ nõ sit vn⁹ act⁹ nūero.Et iterposita q̄dā dubi-tatione q̄si assignās rõnē p̄missoꝝ:subdit ꝙ iō p̄missa di-cta sūt:q̄ꝛ eadē rō videt̄ in p̄mo aspectu de vnitate q̄lita-tis ꝛ motus.Sed itā tñ differūt.q̄ꝛ bene sequit̄ si duo mo-tus sint idē eo mō sicut aliq̄s mot⁹ dr̄ vnus nūero:neces-se ē ꝙ habitus id est q̄litas acq̄sita p̄ motū sit vna:q̄ꝛ vn⁹ nūero actus est vni⁹ nūero q̄litatis acq̄site p̄ actū illum. Sed si q̄litas sit vna q̄ redit:põt alicui videri ꝙ nõ p̄p h sit vnus act⁹. Nõ eni si termin⁹ mot⁹ sit vn⁹ nūero opꝫ ꝙ mot⁹sit vnus nūero.Q̄d pꝫ in motu locali.Cū eni am-bulās paulatī cessat illa ambulatio.Sed q̄ñ iteꝝ ambula-re incipit iteꝝ ambulatio erit.Si ḡ dicat̄ ꝙ sit vna ꝛ ea-dem ambulatio:ꝯtingit ꝙ vnū ꝛ idē sit ꝛ corrūpatur mul-totiēs:q̄d est ipole.Sic igit̄ ꝛ si ꝯtingeret ꝙ eadē nume-ro sanitas repararet̄ nõ sequeret̄ ꝙ 2ª sanatio esset idem numero motus cū p̄ma.Sicut nec secūda ambulatio cuꝫ p̄ma:q̄uis vtraq̄ꝫ sit ad eūdē locū numero. Ulterius cō-cludit ꝙ ille dubitationes sunt extra principalem inten-tionem:ꝛ ideo sunt ꝑtermittende. LEC. VII.

¶ Cū aūt oīs mot⁹ ꝯtinu⁹ sit:si oīs est diuisibilis : cuꝫ q̄ simpliciter vn⁹ ē ꝛ ꝯtinuū eē necesse ē:ꝛ si ꝯtinuus ē:vn⁹ ē.Nõ eni oīs oī ꝯtinu⁹ fieri põt:sicut nec aliō q̄duis cuius:sꝫ quoꝝ vltia vnū fieri possunt. Ultia vō quorūdā nõ sūt:quorūdā sūt:at diuersa spē atq̄ꝫ equoca.Quo nāq̄ꝫ mō tāget aut vnū fiet:vltimū li-nee ambulationisue. Herētes igit̄ erūt ꝛ hi q̄ nõ idē spē:ꝛ hi q̄ nõ idē genere sūt Post cursuꝫ eni quēpiaꝫ ꝯtinuo febres aggredi possunt. Et vt facis ipsius ex successione motio latio est herēs:cōtinua vō nõ est. Positū est eni ea ꝯtinua eē:quoꝝ vltima sūt vnum. Quare herētes q̄dē ꝛ deinceps ex eo sūt:q̄ꝛ tēpus ꝯti-nuū ē.Cōtinu⁹aūt est:q̄ꝛ mot⁹ꝯtinui sūt:hoc aūt est: cū vtrorūq̄ꝫ extremū est vnū.Quapropter eū motuꝫ q̄ simpliciter ꝯtinu⁹ ac vn⁹ est:eūdē eē spē ac vni⁹:ꝛ vno in tp̄e eē necesse est.Uno q̄dē in tp̄e:vt imobili-tas iter ꝑtes nõ sit.Intercapedie eni mobile q̄escat necesse ē.Multi igit̄ ꝛ nõ vnus hi motus sunt : inter quos media q̄es cadit.Quare si q̄s mot⁹itercipit̄ sta-tu:is neq̄ꝫ vn⁹neq̄ꝫ ꝯtinu⁹ ē. Intercipit̄ aūt si in me-diū tēpus cadit.Spē aūt vnū eē opꝫ:q̄ꝛ vltia ei⁹ qui nõ vnus est spē:vnū euadere nequeūt:ꝛ si tēpus nõ itercipit.Tēpus eni est vnū:ille vō spē est diuersus. Eteni motū vnū ꝛ specie vnū esse necesse est:hūc aūt nõ necesse est simpliciter vnuꝫ esse.Quis igit̄ motus vnus est absolute iam diximus.

Quoniā aūt ꝯtinu⁹ ē oīs motus:simplr̄ quidē vnū neceē ē ꝯtinuū eē: si q̄dē oīs diuisibilis ē: ꝛ si ꝯtinu⁹:vn⁹. Nõ eni oīs fiet ꝯtinu⁹ oī:sicut neq̄ꝫ aliud nullū cō-tingeti ꝯtingēs:sed quoꝝ vnū sūt extrema. Ulti-ma aūt:alioꝝ nõ sūt q̄dē:alioꝝ aūt sūt sed specie d̄lia ꝛ equoca sunt . Quomō aūt tāget aut vnū fiet vltimū linee ꝛ ambulatiōis. Habiti q̄dē igit̄ sūt: ꝛ q̄ neq̄ꝫ idē spē neq̄ꝫ idē gn̄e sūt. Currēs eni aliq̄s:statiꝫ febricitabit: ꝛ vt lāpas ex diffusiōe: loci mutatio ē habita:ꝯtinua aūt nõ. Ponit̄ eni cōtinuū quoruꝫ vltima vnū sunt. Quare habiti ꝛ ꝯsequēter sūt:q̄ꝛ tēpus cōtinuū ē. Cōtinuū aūt est quo motus. Hoc aūt est cū vnū vltimuꝫ fiat ambob⁹. Unde necesse ē eundē ſm spēꝫ eē: ꝛ vnius: ꝛ in vno tempore simpliciter cōtinuū motum ꝛ vnū. Tēpore quideꝫ vt non imobili-

tas intersit: indeficienti enim quiescere necesse est. Multi igitur & non vnus motus est: quorum quies in medio est. Quare si aliqs motus statu occupetur: neqȝ vnus est neqȝ continuus. Intercipitur autē: si in medio tempus est. Qui aūt specie nō vnitur: nō vnus motus est: & si nō deficiat tēpus. Tēpus quidem enim vnum est: specie autem alius. Vnum quidē enim: necesse est specie vnum esse. Hunc autem: simpliciter vnum esse non est necesse. Quis igitur motus quidem simpliciter vnus: dictum est.

Postq̄ Phs posuit q̄ tria reqrunt̄ ad h̄ q̄ sit vn' motus simplr: scilȝ vnitas tpis: & rei in q̄ est motus: & subiecti: hic pbare intēdit h̄. Cū enim multipliciter dicat̄ vnū simpliciter. vno mō sicut aliqd indiuisibile est vnū: alio mō sicut ɔtinuū est vnū: mot' nō pōt dici vnus simplr sicut idiuisibile. q2 nullus mot' idiuisibilis est vnde relinquit̄ q̄ h̄ mō dicat̄ vnus sicut ɔtinuus. Et q̄ h̄ sit motui eē vnū simpliciter: qd ē ei eē ɔtinuū: & ipa ɔtinuitas motus sufficiat ad eius vnitatē. sequtur enim q̄ si est ɔtinuus q̄ sit vnus. Quecūqȝ igit̄ requirūtur ad cōtinuitatē mot': requirunt̄ ad eius vnitatē. Ad ɔtinuationē aūt motus requirunt̄ tria: quoȝ pmū est vnitas spēi. Nō eni ois mot' pōt ɔtinuari oī motui: sicut ēt in alijs cōtinuis nō idifferēter qualecūqȝ esse contingit aliqd: cōtinuari pōt cuicūqȝ qualecūqȝ illud esse ɔtingat. Sed illa cōtinuari possunt quoȝ vltima ɔtingit eē vnū: qd est de
T.c.17. rōne ɔtinui vt supra dcm̄ est. Sed q̄dā sunt: que nulla vltima habent vt forme & indiuisibilia oia. & ideo eoȝ non pōt eē ɔtinuatio. Quorū dā vō sunt aliqua vltima que sūt diuisibilia & quātitatē habētia que [sunt equiuoca] idest nō ɔueniētia in noie & rōne: & illa etiā nō possunt ɔtinuari. Nec etiā pōt esse ɔtactus in qbusdā eoȝ. nō eni pōt dici q̄ linea & ambulatio se ɔtingāt: vel q̄ vnū sit eoȝ vltimū: qd est ɔtinuari adinuicē. Ex quo pȝ q̄ ea q̄ sūt diuersoȝ generū vel specieȝ nō possunt ɔtinuari adinuicē. Ergo motus qui differūt genere vel spē possunt esse habiti: idest ɔsequēter adinuicē se habere: sicut aliqs post cursū pōt statim febricitare. cursus aūt & febricitatio sunt in diuersis generibus. Et in eodē genere: scilȝ loci mutationis vna mutatio est que ɔsequēter se habet ad aliā: cuȝ tamē nō sit ɔtinua: sicut pȝ in diffusione lāpadis: vtputa cū cādela de manu in manū transfert̄. Sunt enim ibi diuersi motus nō ɔtinui. Vel pōt intelligi q̄ motū localē liquoris quo flāma sustentat̄: quē appellat diffusionē: cōsequit̄ motus localis flāme que noie lāpadis significat̄. Predicte igit̄ mutationes q2 differūt genere vel spē nō sūt ɔtinue cū nō possint habere vnū vltimū: qd ponit̄ eē de rōne ɔtinui. Vñ possunt qdē motus specie vel genere differētes esse cōsequēter se habētes & habiti: id est quodāmō se tāgētes absqȝ alia interpositione tēporis: inq̄tum tempus est ɔtinuū: qd qdē eadē rōne habet cōtinuitatez qua & motus: scilȝ inq̄tum est ei vnū vltimū. Nihil aūt prohibet in vno istanti tēporis ad qd ɔtinuant̄ ptes eius terminari vnū motū: & icipere aliū alterius generis: vel etiā spēi. & sic motus illi erūt habiti: sed nō ɔtinui. Et iō ꝑm pmissa sequit̄ q̄ ad hoc q̄ motus sit ɔtinuus: q̄ sit vnus ꝑȝ spēm. que quidē vnitas spēi est in motu ex re in q̄ est motus inq̄tum est idiuisibilis ꝑm spēm. Scdo reqrit̄ ad cōtinuitatē motus q̄ sit vnius subiecti: q2 diuersoruȝ subiectoȝ motus pūt esse habiti: sed nō ɔtinui. sicut dictū ē de mutatione cādele per motuȝ diuersaȝ manuū. Tertio requirit̄ ad ɔtinuitatē motus & vnitatem q̄ sit vnus tēpore ad h̄ q̄ nō iteruenIat aliqua imobilitas vel qes: q2 si deficeret aliqd tēpus motui in quo. s. non moueret̄: sequeret̄ q̄ in illo qesceret. Si aūt qes interponit̄: erūt multi motus & nō vnus. Multi eni motus & nō vn' sūt quoȝ qes in medio ē. Vñ si aliqs mot' sit q̄ intercipiat̄ qete: nō erit neqȝ vnus neqȝ ɔtinu'. Intercipit̄ aūt qete si tēpus sit in medio: vt ostensuȝ est. Vñ reqrit̄ ad ɔtinuitatē motus q̄ sit vnū tēpus ɔtinuū. Sed tñ h̄ nō sufficit: q2 motus qui nō est vni' spēi nō est ɔtinuus: etiā si tēpus nō deficiat. q2 & si sit vnū ꝑm tēpus: erit alius ꝑm spēȝ. Quia necesse est ad hoc q̄ sit motus vnus ɔtinuus: q̄ sit vnus ꝑm spēȝ: sed nō sequit̄ q̄ motus qui est vnus ꝑm spēm: sit vn' simplr. Sic ḡ patet q̄ tria pdicta reqrunt̄ ad h̄ q̄ sit vnus mot' simpliciter. Et hoc est qd ɔcludit qd dictū ē quis motus sit simpliciter vnus. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Preterea mot' vnus & hisce dr: q est pfect': siue genere sit siue spē siue numero vnus: queadmodū & in ceteris pfectū ipm ac totū ipsi' vni' est. Interdū aūt & si impfectus est: vnus dicit̄: mō continuus sit.

¶ Ampli' aūt dicit̄ vnus: & pfectus: siue ꝑm genus: siue ꝑm spēȝ: siue ꝑȝ subaȝ sit: sicut & i alijs pfectū: & totū vni' ē. Est aūt aliquādo: & si imperfect' sit: vnū dicit̄ si solū sit continuus. T.c.42.

¶ Positis trib' modis pncipalib' vnitatis motus: hic ponit duos alios modos secūdarios q magis ptinēt ad quādā formā vnitatis q̄ ad ipsam vnitatē. Scdm ponit ibi [Ampli' aūt aliter.] Dicit ḡ pmo q̄ siue motus dicat̄ vn' ꝑm genus: siue ꝑm spēm: siue ꝑm subaȝ sicut q est nūero vn'. dicit̄ vn' motus ex h̄ q̄ est pfect'. sicut in alijs rebus pfectū & totū ad vnitatis rōnē pertinēt. Nō eni dicimus vnū hominē vel vnū calceū nisi de toto. Quādoqȝ aūt dicit̄ vnū etiaȝ de iperfecto: dūmodo sit continuum. Et rō huius est: q2 vnū potest attendi vel ꝑm quātitatē: & sic sola continuitas sufficit ad vnitatem rei: vel ꝑm formam substantialem que est perfectio totius. & sic perfectum & totum dicitur vnum. ¶ Secundo ibi.

¶ Insuper & alio mō pter dictos vnus hisce dicitur motus qui vniformis est. Difformis eni aliq̄ ex parte nō vnus esse videt̄: sed hisce poti' qui vniformis est pinde atqȝ linea recta. Difformis eni diuisibilis est. Differre aūt vident̄ vt magis tale minusue differt.

¶ Amplius aūt aliter pter pdictos dicit̄ motus vnus regularis. Irregularis eni nō videt̄ vn': sed magis regularis sicut rect'. Irregularis eni diuisibilis est: videtur autem differre: sicut magis & minus. T.c.43.

¶ Ponit aliū modū secūdariū put dr̄ motus vn' q est regularis id est vniformis: sicut ēt in alijs reb' dr̄ vnū qd ē simile in ptibus. Et circa h̄ tria facit. Pmo ponit hūc modū vnitatis ꝑm q̄ regularis motus dr̄ vnus. Scdo ostendit in qbus inueniat̄ regularitas & irregularitas ibi [Est aūt & i oi motu.] Tertio ondit modos irregularitatis. ibi [Irregularitas aūt.] Dicit ḡ pmo q̄ pter pdictos modos vnitatis dr̄ mot' vnus q est [regularis] .i. vniformis. [Irregularis eni mot'] id est difformis nō videtur esse vnus: [sed magis motus regularis] id est vniformis: sicut mot' qui est totus in directū est vniformis. Ideo aūt mot' irregularis non videt̄ vnus: q2 est diuisibilis in partes dissimiles. Indiuisibilitas aūt pertinet ad rōnez vnius: q2 vnū est ens idiuisum. Sed tñ motus irregularis est quodāmodo vnus. Sȝ vnitas motus irregularis & regularis videtur differre ꝑm magis & minus: q2 motus regularis est magis vnus q̄ mot' irregularis. Sic & corpus similiū

partiũ ẽ magis vnũ ꝙ̃ corp⁹ dissimiliũ.¶ Secũdo ibi.

¶ Est aũt vniformitas oĩ in motu: aut difformitas. Etení alterari qppiã vniformiter põt ⁊ sup vniformia fieri: vt sup circulum aut lineã rectam. Et circa accretionem decretionemue simili modo.

¶ Est aũt ⁊ in omni motu: quod regulariter ẽ: aut non. Et nanqꝫ alterabitur regulariter: ⁊ fertur in regulari. vt circulo aut rectitudine. Et circa augmentum similr̃ ⁊ decrementum.

¶ Ostendit in qbus motib⁹ inueniaẜ regularitas ⁊ irregularitas. ⁊ dicit ꝙ in omni genere vel specie motus inuenitur regulare vel irregulare: q2 potest aliqd alterari regulariter: sicut qñ tota alteratio ẽ vniformis: ⁊ potest aliqd ferri. i. ſꝫ locũ moueri in magnitudine regulari. i. vniformi: sicut si feraẜ aut per baculũ aut per lineã rectã. Et silr̃ est in augmẽto ⁊ decremẽto.¶ Tertio ibi.

¶ Difformitatis autẽ differẽtie sunt. Interdũ enĩ est rõne eius sup qõ efficiẜ mot⁹. Impossibile est enim vniformẽ eẽ motũ: si nõ sup vniformi magnitudine fiat: qlis ẽ motio sup lineam flexã: aut aliã magnitudinẽ talẽ cui⁹quis ps ad q̃uis ptẽ non accõmodaẜ. Interdũ nõ ẽ rõne spatiȷ: nõ tpis: nõ ei⁹ ad qõ accedit: ſꝫ rõne modi. celeritate enĩ interdũ tarditateqꝫ: mot⁹ distiguiẜ. Cui⁹ enĩ eadẽ ẽ celeritas: his est vniformis. Cuius v̾o nõ eadẽ est: his ẽ difformis.

T.c.44. ¶ Irregularitatis aũt dr̃ia est. Aliqñ qdẽ in quo mouet̃. Impoſſe enĩ est regularẽ esse motũ non in regulari magnitudine: vt reflexi mot⁹ aut obliqui aut alius: magnitudines quaꝝ nõ ꝯuenit cõtingens in ꝯtingẽtẽ partẽ. Aliquando aũt neqꝫ in vbi. neqꝫ in quãdo: neqꝫ in quo: sed in eo qõ vt. Uelocitate enim ⁊ tarditate aliquãdo determinaẜ. Cuius qdẽ enim velocitas est eadem: regularis est: cuius autem non: irregularis est.

¶ Accedit ad determinãdũ de motu irregulari. Et p̊ assignat modos irregularitatis. 2° ondit quomõ motus irre-
T.c.42. gularis sit vn⁹ qõ supra dixerat ibi[Unus qdẽ igiẜ.] Circa p̄mũ duo facit. P̄rio assignat duos modos irregularitatis in motu. Scdo ifert quasdã ꝯclusiones ex dictis ibi [Unde neqꝫ spẽs.] Dicit ergo p̊ ꝙ dr̃ia que facit irregularitatẽ motui. aliquãdo est ex pte rei in qua moueẜ: vt pꝫ pcipue in motu locali: q2 impossibile ẽ ꝙ motus sit regularis vel vniformis qui nõ transit per magnitudinem regularẽ. i. vniformẽ. Dicitur aũt magnitudo regularis vel vniformis: cuius quelibet pars vniformiter sequitur ad aliam partem. ⁊ sic quelibet pars potest supponi alteri parti: vt patet in linea circulari: ⁊ etiã in linea recta. Magnitudo autẽ irregularis est cuius non quelibet pars sequitur ad aliam partẽ vniformiter: sicut patet in duabus lineis facientibus angulum: quarũ vna applicatur alii nõ in directũ: sicut partes vnius linee sibi iuicẽ i directũ applicanẜ. Et iõ mot⁹ circularis ẽ regularis. ⁊ similr̃ motus rectus. Sed motus reflexi ⁊ obliqui qui faciunt angulũ nõ sũt regulares: nec in magnitudine regulari: vel qcũqꝫ alius motus sit p quãcũqꝫ magnitudinẽ: cui⁹ quecũqꝫ ps nõ ꝯueniat cuicũqꝫ parti per vniformitatẽ applicatiõis: vel cuius vna pars nõ ꝯueniẽter possit ꝯtingere aliã partẽ. Si. n. illa pars q̃ ꝯtinet angulũ supponaẜ illi parti que angulum non ꝯtinet: nõ erit ꝯueniẽs cõtactus. Secũda dr̃ia irregularitatem faciens est nõ ex parte loci vel tpis [neqꝫ in quo] .i. neqꝫ ex parte eius qõ diciẜ quo. i. ex parte cuiuscũqꝫ rei i qua fit motus. nõ enĩ est solũ motus in vbi: sed in q̃litate ⁊ quãtitate. Uel põt hoc referri ad subiectũ in quo est mot⁹. Sed ille secũdus modus irregularitatis accipiẜ [in eo qõ vt] .i. ex diuersitate modi motus. Determiaẜ enĩ iste secũdus modus irregularitatis ex velocitate ⁊ tarditate. Quia ille motus diciẜ regularis cui⁹ est eadem velocitas per totum. Irregularis autem cuius vna pars est velocior altera.¶ Secundo ibi.

¶ Quapropter celeritas tarditasue nõ sũt spẽs: nec differẽtie motus: quippe cũ oẽs motus diuersos spe comiteнẜ. Quare neqꝫ grauitas leuitasqꝫ: que est respcũ eiusdẽ: ceu terre ad seipsã: aut ignis respcũ sui.

¶ Unde neqꝫ spẽs motus neqꝫ dr̃e sunt velocitas ⁊ tarditas: q2 oẽs sequunẜ differẽtes ſm speciẽ. Quare neqꝫ leuitas neqꝫ grauitas que est in idẽ est: vt terre ad ipsam: aut ignis ad ipsum.

¶ Cõcludit duo correlaria ex p̄missis: quoꝝ p̄mũ ẽ: ꝙ velocitas ⁊ tarditas nõ sũt spẽs neqꝫ differẽtie motus. q2 velocitate ⁊ tarditate terminaẜ irregularitas que sequitur quaslibet spẽs mot⁹: vt supra dictũ ẽ. Nulla aũt spẽs vel dr̃ia consequiẜ oẽm spẽm sui generis. Scdm correlariũ ẽ ꝙ velocitas ⁊ tarditas nõ sunt idẽ qõ grauitas ⁊ leuitas: q2 vtrũqꝫ istoꝝ hꝫ motũ semp ad idẽ sicut motus terre q̃ est grauis semp est [ad ipsaꝫ] .i. ad locũ ipsi⁹ q̃ est deorsuꝫ. ⁊ motus ignis semp est [ad ipꝫ] .i. ad locũ propriũ qui est sursum. Uelocitas autẽ ⁊ tarditas se habent ad diuersos motus. vt dictum est.¶ Deinde cum dicit.

¶ Unus est igiẜ ⁊ hisce mot⁹ qui est difformis: continuitatis nimiꝝ rõne: sed min⁹. Quod quidẽ ei lationi accidit: que super linea flexa sit. Id aũt qõ est minus: mixtione contrariȷ semper est tale.

¶ Unus qdẽ igiẜ irregularis est: quo ẽ ꝯtinuus. Minus aũt. Qõ qdeꝫ reflexiuo accidit motui. Quod aũt minus: ⁊ cõmixtio semper ꝯtrariȷ. T.c.45.

¶ Ondit qũo mot⁹ irregularis sit vnus. Scdo ifert qddã correlariũ ex dictis ibi [Si aũt oẽꝫ vnũ.] Dicit ergo p̊ ꝙ motus irregularis põt dici vnus inq̃tũ est ꝯtinuus. Sed minus diciẜ vnus q̃ regularis. sicut ⁊ linea habens angulũ min⁹ dr̃ vna q̃ linea recta. Et h̃ maxime apparet i motu reflexiuo: q2 quasi videnẜ duo motus. Ex hoc aũt ꝙ ẽ vnus minus: videẜ ꝙ aliqd habeat de multitudine: q2 ex hoc aliqd est minus. ꝙ hꝫ mixtionẽ ꝯtrariȷ: sicut min⁹ albũ hꝫ aliqd admixtũ de nigro: ad minus ſm quãdam appropinquationẽ. Et sic pꝫ ꝙ motus irregularis ⁊ est vnus inquãtuꝫ est ꝯtinuus: ⁊ est quodãmodo multiplex inquãtum est minus vnus.¶ Secundo ibi.

¶ Quod si oĩs motus vnus: ⁊ vniformis ⁊ nõ vniformis esse potest: hi qui diuersi sunt spe atqꝫ herẽt: nõ vnus erunt atqꝫ continuus motus. Qui nanqꝫ fieri põt vt hisce sit vniformis: qui ex alteratione lationeue constat: accõmodentur enim necesse est.

¶ Si autem omnem vnum contingit ⁊ regularem esse: ⁊ non: non erunt qui non ſm speciem habiti ipsi. vnus ⁊ continuus. Quomodo eniꝫ erit regularis: ex alteratione compositus ⁊ loci mutatione. Indiget enim conuenire.

¶ Concludit ex imediate dictis qõ supra proposuerat. s. ꝙ motus qui sunt diuersi ſꝫ spẽꝫ nõ pñt cõtinuari. Oẽꝫ enĩ vnũ motũ ꝯtingit esse vnũ regularem. ⁊ iterũ non regularẽ. Sꝫ mot⁹ qui est cõpositus ex diuersis motib⁹ ſꝫ spẽꝫ nõ põt esse regularis. Quõ enĩ esset regularis mot⁹ cõpo-

situs ex alteratione ⁊ loci mutatiōe. Neċē est enī ad h ꝙ motus sit regularis ꝙ partes conueniāt adiuicē. Ergo relinquit̄ ꝙ motus diuersi q nō ꝯsequunt̄ se adiuicē eiusdē spēi existētes: nō sunt vnus mot' ⁊ ꝯtinuus. Qđ supra positū ē: ⁊ ꝑ exempla manifestatū. LEC. VIII.
T.c.39. 40.41.

¶ Deinceps diffiniēdū est qlīnā mot' cui motui ꝯtri' ē: ⁊ de gēte simili mō. Primū aūt diuidēdū ē: vtrū ꝯtri' motus sit hisce q est ex eodē: ei quo itur ad idem. Ut hisce qui est ex sanitate: ei quo petit̄ sanitas: quales ⁊ generatio ⁊ corruptio eē vident̄. An hisce q ex ꝯtrarijs est: vt hisce qui ex sanitate: ei qui est e morbo. An hisce quo ad ꝯtraria pergit̄: vt hisce quo ad sanitatē itur: ei quo ad morbū accedit̄. An hisce qui est ex ꝯtrario: ei quo ad ꝯtrariū itur. Ut hisce qui est ex sanitate: ei quo morbus petit̄. An hisce q ex ꝯtrario in ꝯtrariū ꝑgit: ei quo e ꝯtrario i ꝯtrariū itur: vt hisce q ex sanitate in morbū ꝓficiscit̄: ei quo ex morbo acquirit̄ sanitas. Unū enim hoꝝ modoꝝ quēdaz aut plures esse necesse est. Non fit enim vt alio modo motus: vt oppositi disponantur.

T.c.46. Amplius aūt determinādū est: qlis motus ꝯtrari' motui: ⁊ de māsione eodē mō. Sed prio determinādū est: vtrū ꝯtrari' mot' sit: q est ex eodē: ei qui est in idē: vt q est ex sanitate ei qui est in sanitatē: vt generatio ⁊ corruptio vident̄. Aut q ē ex ꝯtrarijs: vt q est ex sanitate ei q ē ex egritudine. Aut qui in ꝯtraria. vt q ē in sanitatē: ei q ē in egritudinē. Aut q ē ex ꝯtrario: ei q ē i ꝯtrariū: vt q ē ex sanitate: ei q ē i egritudinē. Aut q ē ex ꝯtrario in ꝯtrariū: ei q ē ex ꝯtrario in ꝯtrariū: vt q est ex sanitate in egritudinē: ei q ē ex egritudine in sanitatē. Neċē ē enī aut vnū quēdam hoꝝ esse modorū aut plures: non enim ē aliter contraponere.
L

Postq̄ ph's determinauit de vnitate ⁊ diuersitate mot'. hic determiat de ꝯtrietate motuū: q̄ ē q̄dā diuersitatis spēs: vt pz in .io. meta. Et diuidit̄ in ptes duas. Prio ondit q̄lr accipiēda ē ꝯtrietas i motu: ⁊ ēt i gete. In scđa mouet q̄sdā qōnes circa ꝯtrietatē ꝑdictam. ibi [Dubitabit āt aliqs.] Circa p̄m duo facit. Prio determiat de ꝯtrietate mot'. 2° de ꝯtrietate get. ibi [Qm āt motui.] Circa p̄m tria fac̄. prio distiguit diuersos modos ƒz quos videri posset ꝙ acciperet̄ ꝯtrietas i motu. 2° remouet q̄sdā illoꝝ ibi [Est aūt q qdē.] 3° assignat veꝝ modū ꝯtrietatis in motu ⁊ mutatiōe. ibi [Qm aūt differt.] Dicit g̃ p̄ ꝙ post ꝑdcā determinādū ē q̄lis sit mot' ꝯtri' alicui motui. Et eodē mō determinādū est [de mānsione] .i. de ꝯtrietate getis ad motū: ⁊ getis ad getē. Sed in h tractatu h p̄ faciēdū est: ꝙ debem' distiguere modos ƒm quos vīr accipi pt rō ꝯtrietatis i motib'. Et distiguit qnque modos. q̄rū p̄m' modus ē vt rō ꝯtrietatis motuū accipiat̄ ƒz accessuz ad aliquē terminū ⁊ recessuz ab eodem. Et h ē qđ dicit [Utrū ꝯtri' mot' sit q ē ex eodē: ei q ē in idē: vt q ē ex sanitate: ei q ē i sanitatē.] ƒz quā rōnē gnātio ⁊ corruptio videt̄ eē ꝯtria: q: gnātio ē mot' ad eē: corruptio aūt ē mot' ab eē. Secūdus modus ē vt rō ꝯtrietatis motuū accipiatur ƒm ꝯtrietatē terminoꝝ a qb' icipit mot'. Et h ē qđ dicit [Aut q ē ex ꝯtrijs. vt q ē ex sanitate: ei q ē ex egritudine.] Terti' modus ē vt ꝯtrietas motuū accipiat̄ ƒm ꝯtrietatē terminoꝝ ad quos terminat̄ motus. Et h ē qđ dicit
co.13.
Quinq3 modis accipi pt rō ꝯtrietatis i motu.

[Aut q ē i ꝯtria: vt q ē i sanitatē: ei q ē i egritudinē.] Quartus modus est vt accipiat̄ motuū ꝯtrietas ƒm ꝯtrietatem termini a quo ad terminū ad quē. Et h est qđ dicit [vt q est ex ꝯtrio ei q ē i ꝯtriū: vt q ex sanitate: ei q est in egritudinē.] Quintus modus est ƒm ꝯtrietatez ex pte vtroꝛūq3 terminoꝝ. Et h est qđ dicit [Aut q est ex contrario in cōtrariū: ei q ē ex ꝯtrio i ꝯtriū: vt qui ē ex sanitate in egritudinem: ei qui est ex egritudine in sanitatem.] Necesse ē enī ꝙ contrarietas motuū accipiat̄ ƒm vnuz hoꝝ motuum: aut ƒm plures: q: non contingit ƒm aliquam aliam rationem cōtraponere motum motui. ¶ Secundo ibi.

¶ His igit̄ q ē e ꝯtrario nō ē ei ꝯtrari' quo in ꝯtrariū itur: vt his q ē ex sanitate: ei quo itur ad morbū. Est enī vnus idēq3: eē tn̄ ipsoꝝ nō idē ē: quēadmodū nō idē est ex sanitate mutari: atq3 ad morbum.

¶ Est aūt q qdē ex ꝯtrario: ei q ē i ꝯtrariū: nō cōtrarius: vt q ē ex sanitate: ei q ē i egritudinē. Idē enī ⁊ vnus ē. Esse qdē igit̄ nō idē est ipsis: sicut nō idē est ex sanitate mutare ⁊ in egritudinem. T.c.47.

¶ At si alteratiōes sint eque celeres vtrū ad affectū si sit idē: vel silis: an ad id qꝺ alterať respicere oporteat: veluti si huiꝰ qdē tm̄ huiꝰ aūt tm̄ sit dealbatum. An ad vtrūqꝫ at eadē est aut alia: si idē aut alius sit affectus: eq̄lis vo aut ieq̄lis: si eq̄le aut ieq̄le sit illō.

T. cō. 33. ¶ Si igiť vtrū oporteat ad passionē respicere: si eadē sit: aut siles: aut eq̄liter veloces alteratiōes aut in id qꝺ alterať. Vt si huiꝰ qdē h albatuꝫ sit: huius autē tantū: aut in vtraqꝫ: ⁊ eadē quidem aut alia passione fm ꝙ eadem. Equalis aūt aut inequalis: fm. ꝙ illa inequalis.

¶ Determinata vna pte qōnis: quā mouerat q̄rit de alia. Et est qō. vtrū ad h ꝙ iudiceť alterationes eē siles vel eque veloces oporteat respicere solū ad passionē si sit eadē. aut ēt oporteat respicere ad subm qꝺ alterať. ita. s. ꝙ si huius corporis tanta pars sit albata in h tpe. ⁊ alterius corporis eq̄lis pars sit albata i eodē vel eq̄li tpe: dicať alteratio eq̄ velox. Et soluit ꝙ opꝫ ad vtrūqꝫ respicere: ad passiōez. ⁊ ad subm. Diuersimode tñ qꝛ iudicamꝰ alterationē esse eandē vel aliā ex pte passiōis fm ꝙ ē eadem vel alia. Sed iudicamꝰ alterationē eq̄lē vel ineq̄lē fm ꝙ ps subiecti alterati est equalis vel inequalis. Si. n. huius corporis albeť magna ps: alterius aūt parua: erit qdē alteratio eadē spē. sed nō equalis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In gnātiōe etiā ⁊ corruptione idē ꝯsiderandū est. Quonaꝫ mō ē eque celeris atqꝫ celerior gnātio. An eque celeris est: si ieq̄li tpe generet idē ac idiuiduū: vt hō: sꝫ nō aīal: celerior āt si ieq̄li diuersū. Nō eniꝫ hēmꝰ q̄ nā sint ea duo: i qbꝰ ē ipā diuersitas. Quēadmodū habemus ea in quibus est dissimilitudo.

¶ Et in generatiōe aūt ⁊ corruptiōe idē ꝯsiderādū est: quomō eq̄ velox gnātio ē: si i eq̄li tpe idē idiuisibile: vt homo: sed nō aīal. Velocior autē est: si in equali tpe alteꝝ est. Nō enim habemus aliqua duo i qbus alteritas. sicut dissimilitudo. T. c. 34.

¶ Ondit qūo debeat fieri cōpatio in gnātiōe ⁊ corruptione. Et p̄ fꝫ opionē ppriā. 2° fm opi. Plato. ibi[Et si numerus suba.] Dicit ḡ p̄. ꝙ i gnātiōe ⁊ corruptiōe ad h ꝙ gnātio dicať eq̄ velox ꝯsiderādū ē si in eq̄li tpe sit idē qꝺ gnať ⁊ idiuisibile fꝫ spēz. Puta si i vtraqꝫ gnātiōe gñeť hō i eq̄li tpe: ē eq̄ velox gnātio: sꝫ nō ē eq̄ velox gnō ex h solo ꝙ i eq̄li tpe gnāť aīal: qꝛ q̄dā aīalia pp sui pfectionē idigēt maiori tpe ad gnātionē. Sꝫ velocior dr̄ eē gnō si i eq̄li tpe gñeť alteꝝ: puta si tāto tpe i q̄ ex vna pte gnāť canis: ex alia pte equus gñeť: eēt eq̄ velocior gnō. E qꝛ i alteratiōe ex pte passiōis dixerat duo ꝯsiderāda. s. si est eadē sanitas: ⁊ iteꝝ si silr existit: ⁊ neqꝫ magis neqꝫ minꝰ: h āt i gnātiōe vnū tm̄ dixit ꝯsiderādū: scilꝫ si sit idē qꝺ gnāť: huiꝰ mō cāz assignat dicēs [Nō. n. hēmꝰ aliq̄ duo: i qbꝰ alteritas sic̄ dissilitudo.] q̄si dicat. iō i gnātiōe h solū ꝯsiderādū: vtrū sit idē qꝺ gnāť: qꝛ i gnātiōe nō hēmꝰ aliqd qꝺ possit variari p duo fm q̄ attēdať aliq̄ alteritas: sicut in alteratiōe accidit dissimilitudo p h ꝙ vna ⁊ eadē qualitas variatur fm magis ⁊ minus. Substantia enim cuius est generatio non recipit magis ⁊ minus. ¶ Scdo ibi.

¶ Quod si substantia numerus est: plus erit ⁊ minꝰ numeri speciei eiusdē. Sed ipsum cōe noīe caret: atqꝫ vtrūqꝫ q̄le est. In qualitate quidem plus affectꝰ aut excedēs magis: in quātitate autem maius.

¶ Et si nūerū suba maior ⁊ minor nūerus silis spēi. Sꝫ eq̄uocū ē qꝺ cōe: ⁊ vtrūqꝫ sic̄ q̄ plus: passio aūt excellēs magis: q̄ntum aūt maius.

¶ Agit de cōparatiōe gnātionis fm opionē Platōis q ponebat numeꝝ eē subaꝫ rei pp h ꝙ vnū qꝺ ē pn̄ nūeri putabat eē idē cū vno qꝺ ꝯuertiť cū ente ⁊ rei subam significat. Ipꝫ aūt qꝺ est vnū ē oīno vnꝰ nāe ⁊ spēi. Si ḡ nūerus q nihil ē aliud q̄ȝ aggregatio vnitatū sit suba reꝝ fm platonicos: sequiť ꝙ diceť qdē maior ⁊ minor nūerus fꝫ diuersaꝫ spēz q̄ntitatiꝫ: sed tm̄ q̄ntū ad subaꝫ erit silis spēi. Et ideē ꝙ Plato posuit spēm vnū: 3ria vo p q̄ diuersificātur res: magnū ⁊ paruū q̄ sūt ex pte māe. Et sic sequeť ꝙ sicut vna ⁊ eadē sanitas hꝫ duo in q̄ntū recipit magis ⁊ minꝰ: sic ēt ⁊ suba q̄ ē nūerus cū sit vnꝰ spēi ex pte vnitatis habebit aliq̄ duo in q̄ntū est maior ⁊ minor numerus. Sed in suba nō est cōe nomē positū qꝺ significet vtrūqꝫ i. diuersitatē q̄ accidit ex maioritate ⁊ minoritate numeri sicut in passionibus cū passio plus inest: aut q̄litercūqꝫ ē excellēs diciť maius: vt puta magis album: vel magis sanū. In q̄ntitate aūt cū fuerit excellēs dr̄ maius vel minus corpus: aut maior supficies. Sic āt nō hēmus nomē positū q̄ cōiter significeť excellentia sube q̄ est ex maioritate numeri fm Platonicos.

LEC. IX.

¶ Lũ aũt oẽ qḋ mouet: ⁊ aliqd semp moueat: ⁊ in aliquo: ⁊ vsq; ad aliqḋ. Atq; in aliquo dico: q: in tpe. Usq; ad aliqd: q: per quãtitatẽ aliquã mouet. Semper enim simul mouet ac mouit. Quare quãtitas quedã erit per quam est motũ atq; in quanto.

T.c.35. Quoniã aũt mouẽs mouet semp aliqd ⁊ in aliquo: ⁊ vsq; ad aliqd. Dico aũt in aliquo. q: in tẽpore. Usq; aũt ad aliquid: q: ad quãtã aliquam longitudinem: semp enim simul mouet ⁊ mouit: q̃re quãtũ aliquid erit quod motum est: ⁊ in quanto.


Postq̃ phs ondit q mot⁹ sint cõparabiles adinuicẽ: h docet quõ cõparent. Et p̄ i motu locali. Scdo in alijs motib⁹. ibi [Si igit in alteratione.] Circa p̄ᵐ duo facit. Pᵐo ponit ea s; q̄ ops cõparari mot⁹ locales adinuicẽ. Scdo accipit regulas cõparatiõis s; p̄dicta. ibi [Sit igit .a. qḋ ẽ mouens.] Dicit g̃ p̄. q mouẽs localiter semp mouet aliqḋ mobile. Et itez i aliquo tpe: ⁊ vsq;
Tex.8.6 com.52. ad aliquã q̄titatẽ spatij p aliquã ptẽ tpis. Qḋ iḋ ops ẽẽ. q: sicut i.6. pbatũ ẽ sp sil aliqd mouet ⁊ mouit. Probatũ ẽ.n. ibi q oẽ qḋ mouet iã ẽ motũ p aliquã ptẽ spatij: ⁊ per aliquã ptẽ tpis. Uñ seqtur q ⁊ illud qḋ mouet est aliqḋ quãtũ ⁊ diuisibile: ⁊ ẽt illud p qḋ mouet: ⁊ tps in quo mouet. Mouẽs autẽ nõ omne est quantũ: vt i.8. pbabitur.
Tex. viii. tco.86. Sed tñ manifestũ ẽ aliqḋ quantũ eẽ mouẽs. Et de h mouente hic proponit regulas cõparationis. ¶ Scdo ibi.


¶ Hec inq̃ cũ ita sint: si .a. qdez sit id qḋ mouet .b. vo id qḋ mouet: ⁊ .c. sit lõgitudo p quã: ⁊ .d. tẽpus i quo est motũ. In tpe nimirum eq̃li: potẽtia eq̃lis .a. dimidiũ ipsi⁹ .b. per duplã mouebit ipsius .c. p ipm aũt .c. in dimidio tpis .d. Sic enim erit rõnis similitudo.

¶ Si igit .a. qḋ est mouẽs: .b. autẽ qḋ mouetur. Quãtacũq; aũt lõgitudo mota .c. In quãtocũq; est tẽpore i quo est .d. In eq̃li igitur tẽpore eq̃lis potẽtia ei i quo est .a. medietatẽ ipsius .b. duplicem ipsius .c. transibit: ipsum autem .c. in medietate ipsius .d. sic enim erit analogia.

¶ Ponit regulas cõparatiõis. Et p̄ s; diuisionẽ mobilis. 2° qñ mouẽs diuidit. ibi [Et si eadẽ potẽtia ⁊c.] Dicit g̃ p̄. accipiat aliqḋ mouẽs qḋ sit .a. ⁊ aliqḋ mobile qḋ sit .b. ⁊ longitudo spatij ptrãsiti q̄ sit .c. ⁊ tps i q̄ .a. mouet .b. p .c. sit .d. Si g̃ accipiat aliq̃ alia potẽtia mouẽs eq̃lis potẽtie ipsi .a. seqt q illa potẽtia mouebit medietatẽ mobilis qḋ ẽ .b. i eodẽ tpe p lõgitudinẽ q̄ sit dupla q̄ .c. s; medietatem mobilis mouebit p totã lõgitudinẽ .c. in medietate tpis qḋ ẽ .d. Ex his igit v̄bis phi due regule gñales accipi pñt:
Due gñales regule proportionum. q̄rũ p̄ᵃ ẽ q si aliq̃ potẽtia mouet aliqḋ mobile p aliqḋ spatiũ i aliq̃ tpe: medietatẽ illi⁹ mobilis p duplũ spatiũ mouebit: vel eq̃lis potẽtia in eodẽ tpe: vel eadẽ in alio eq̃li. Alia regula ẽ q medietatẽ mobilis mouebit p idẽ spatiũ eq̃lis potẽtia i medietate tpis. Et hoꝝ rõ ẽ: q: sic ꝯseruabit eadẽ analogia .i. eadẽ ꝓportio. Manifestũ ẽ.n. q velocitas mot⁹ ẽ ex victoria potẽtie mouẽtis sup mobile. Quãto aũt mobile fuerit min⁹: tãto potẽtia mouẽtis magis excedit ipz. Uñ veloci⁹ mouebit. Uelocitas aũt mot⁹ diminuit tps ⁊ auget lõgitudinez spatij: q: veloci⁹ ẽ qḋ in eq̃li tpe ptrãsit maiorẽ magnitudinẽ: ⁊ eq̃lẽ magnitudinẽ in
Loll.e.6 minori tpe: vt in .6. pbatũ ẽ. g̃ s;m ꝓportionẽ q̄ subtrahit a mobili ops subtrahi de tpe. vel addi ad lõgitudinẽ spatij: dũmõ mouẽs sit idẽ vel equale. ¶ Deide cum dicit.

¶ Demõstratio oñdẽs q si aliq̃ potẽtia mouet aliqḋ mobile p aliqḋ spatiũ in aliquo tpe: medietatẽ illi⁹ mobilis mouebit eadẽ vel eq̃lis potentia p duplũ spatiũ in eodez tpe: vel p idẽ spatium: in medietate temporis.






¶ Et si potẽtia eadẽ hoc i tpe p tãtũ spatiũ moueat: p ipsi⁹ ẽt dimidiũ idẽ i dimidio sane mouebit. Et dimidiũ potẽtie dimidiũ p eq̃le spatium i tpe mouebit eq̃li. Ipsi⁹ eñi potẽtie .a. sit dimidiũ .f. ⁊ ipsi⁹ .b. sit dimidiũ .g. Uires igitur ad pondera similiter sese habẽt. vt pz. Quare per eq̃le: in tẽpore mouebit at eq̃li.

¶ Et si eadẽ potẽtia idẽ in hoc tãtundez mouet: ⁊ medietatem in medietate mouebit: ⁊ media virt⁹ mediũ mouebit i eq̃li tpe. Ut ipsi⁹ .a. potẽtie sit ⁊ medietas q̄ ẽ ipm .e. ⁊ ipsius .b. z. sit mediũ. Silr igit se hñt ⁊ s; analogiã virtus ad graue. Quare equale ⁊ in equali tpe mouebit. T.c.36.

¶ Docet cõparare mot⁹ ex pte mouẽtis. Et p̄ s; diuisionẽ mouẽtis. Scdo s; oppositã ꝯgregationẽ. ibi [Si vo duo ⁊ vtrũq; ⁊c.] Circa p̄ᵐ tria facit. Pᵐo ponit cõparationẽ verã. 2° remouet cõparatiões falsas. ibi [Et si .e. tps ẽt.] Tertio ex h soluit rõnez ꝣenonis. ibi [Propter h ꝣenonis rõ ⁊c.] Dicit g̃ p̄. q si aliq̃ potẽtia idẽ mobile mouet in eodẽ tpe p tãtũ spatiũ: ipsamet mouet medietatẽ mobilis i medietate tpis p idẽ spatiũ: vel i eodẽ tpe mouet mediũ mobilis p duplũ spatiũ: sicut ⁊ de eq̃li potẽtia dcm ẽ. Et vlteri⁹ si diuidat potẽtia: media potẽtia mouebit medietatẽ mobilis p idẽ spatiũ i eq̃li tpe. Sed h itelligẽdũ est qñ potẽtia ẽ talis q p diuisionẽ nõ corrũpit. Loqt eniz s;m ꝯsiderationẽ cõem: nõdũ applicãdo ad aliquã spãlẽ nãm sicut ⁊ in albus q̄ p̄misit. Et ponit exẽplũ. Si.n. accipiat medietas huius potẽtie que ẽ .a: ⁊ dicat .e: ⁊ accipiat medietas mobilis qḋ ẽ .b: ⁊ dicat .z: sicut .a. mouebat .b. p .c. in tpe .d: ita .e. mouebit .z. p idẽ spatiũ in eq̃li tpe: q: ⁊ hic ẽt seruatur eadẽ ꝓportio virtutis motiue ad corpus ponderosum qḋ mouet. Unde sequit q in equali tempore fiat motus per equale spatiũ sicut dictum est. ¶ Scdo ibi.
Alia regula gñalis in proportionib⁹

¶ Demõstratio ostẽdens ꝙ si aliqua potẽtia mouet aliqđ mobile ꝑ aliqđ spatiuз in aliquo tpe: dimidiata potentia medietatẽ mobilis mouebit ꝑ idẽ spatiũ in eodẽ tẽpore.

D. Tempus.



¶ At si.f.moueat ipsum.g.in tpe.d.per longitudineз c.non necessario fit: vt.f.in equali tempore duplum ipsius.g.moueat per dimidium spatij.c.

T.cõ.37. ¶ Et si.e.ipsuз.з.mouet in ipso.d.fm.e.non necessarium est in equali tpe.e.duplũ ipso.з.mouere fm medietatem ipsius.c.

Due false regule comparationum. ¶ Excludit duas falsas cõparatiões: quarũ pª ē: ꝙ addaꝶ ad mobile ⁊ nõ addaꝶ ad potẽtiã mouẽtẽ. Unñ dicit ꝙ si.e: qđ est medietas motiue potẽtie moueat.з.qđ ē medietas mobiꝶ tpe.d fз spatiũ.c.nõ ē necẽariũ ꝙ ipsa potẽtia dimidiata q̃ ē.e.moueat mobile qđ fit ĩ duplo maiꝰ q̃з.з.ĩ eq̃li tpe fз medietatẽ spatij qđ ē.c.qꝛ poterit eẽ ꝙ dimidia potẽtia duplũ mobile nĩlo mõ mouẽ poterit. Sed si posset mouẽ teneret hec cõpãtio. Scđa falsa cõpatio ē qñ diuidiꝶ mouẽs: ⁊ nõ diuidiꝶ mobile. Et hanc excludit ibi.

¶ Si igiꝶ.a.per.c.spatiũ totuз in.d.tpe.b.mouebit dimidiũ ipsius.a.qđ est.f.nõ mouebit.b.totũ in.d.tpe: aut in eius aliq̃ ꝑte per aliquã.c.spatij ꝑtẽ: que rõnẽ eãdẽ ad totũ habebit.c.quã.f.ps vel q̃uis alia ad totã.a.potẽtiã habet. Omnino eñ si forte fuerit nullã ꝑtẽ mouebit. Nõ eñ si tote vires ꝯppiã ꝑ tãtũ mouerũt spatiũ: dimidiũ ipsaꝝ ꝑ quãtũuis spatij quouis ĩ tpe idẽ mouebit. Naз vnus eã trahet ꝓfecto nauim quã cẽtũ traxere: si vires coꝝ tam in ipsoꝝ numerũ: q̃з in spatij diuidanꝶ ꝑtes: ꝙ nauim oẽs simul traxere.

¶ Si ꝟo.a.b.mouebit in ipso.d.quãtũ est ipз.c. medietas ipsius.a.q̃ ē in quo est.e.ipз.b.nõ mouebit in tpe ĩ quo ē.d.neq̧ in aliquo ipsiꝰ.d.per aliquã ꝑtẽ q̃ ē ipsiꝰ.c.fm qđ ē analogia ad totuз c.sicut est.a.ad.c. Omnino eñ si ꝯtingit nõ mouebit nihil. Si eñ tota virtus totũ mouit: medietas non mouebit: neq̧ quãtam: neqз in quocũqз. Unus enim moueret nauem. Siquideз nauem trahentium deciditur potentia in numeruз ⁊ longitudinem: quam oẽs mouerunt.

¶ Dicẽs ꝙ si potẽtia mouẽs q̃ ē.a.moueat mobile qđ est b.ĩ tpe.d.ꝑ spatiũ qđ ē.c.nõ opз ꝙ medietas mouẽtis moueat totũ mobile qđ ē.b.ĩ tpe.d.neqз ēt ꝑ q̃cũqз ꝑtẽ spatij.c.cuiꝰ ꝑtĩ sit ꝓportio ad totũ spatiũ.c. sicẽ ecõuerso erat qñ cõparabamꝰ.a.ad.з.ĩ.totã potẽtiã motiuã ad ꝑtẽ mobilis. Illa eñ erat ꝯueniẽs cõparatio: sз h̃ nõ: qꝛ põt ꝯtingẽ ꝙ medietas mouẽtis nõ mouebit totũ mobile ꝑ nullũ spatiũ. Si eñ aliq̃ tota ꝟtus mouet totũ mobile nõ seqꝶ ꝙ medietas illiꝰ ꝟtutis moueat totũ mobile neqз ꝑ qđcũ qз spatiũ neqз ĩ quocũqз tpe: qꝛ seq̃reꝶ ꝙ solus vnus hõ posset mouere nauẽ ꝑ aliqđ spatiũ: si potẽtia trahẽtiũ diuidaꝶ fm numeꝝ trahentiũ ⁊ fm lõgitudinẽ spatij: per quod omnes simul trahunt nauem. ¶ Deinde cuз dicit.

¶ Quapropter zenõis rõ nõ ē vera: q̃ ꝯcludit q̃uis ꝑtẽ milij facere sonũ. Nihil eñ ꝓhibet vt nullo ĩ tpe eũ moueat aerẽ: q̃ totꝰ modiꝰ mouit cũ cecidisset. Neqз pars si ꝑ se fuerit id mouebit: qđ vna cũ toto mouere põt: neqз est eniз pars vlla: nisi potẽtia in toto.

¶ Propter hoc zenonis ratio non est vera ꝙ sonet milij q̃libet pars. Nihil eñ ꝓhibet nõ mouere aerẽ in nullo tẽpore tantũ quãtũ moueret cadens totus modius. Neqз itaqз tanta pars quãtacunqз mouebit cum toto si sit per se hoc non mouet. Neqз eñ nihil est. sed potentia in toto.

¶ Scđm ꝓmissa soluit rõnẽ zenonis q volebat ꝓbare ꝙ q̃libet granũ milij faciat aliquẽ sonũ ꝓiectũ in terra: qꝛ totus modius milij qñ ĩ terrã effundiꝶ facit aliquẽ sonũ. Sed Arist. dicit ꝙ hec zenonis rõ nõ est vera: sciꝉз ꝙ q̃libet ps milij sonet. id est q̃libet granũ milij sonũ faciat cũ cadat ĩ terrã: qꝛ nihil ꝓhibet dicere ꝙ granũ milij in nĩlo tpe mouet aerẽ ĩ tãtũ vt faciat sonũ: quẽ aerẽ mouet ad sonũ faciẽdũ totꝰ modiꝰ cadẽs. Et ex h̃ possumꝰ ꝯcludere ꝙ nõ ē necẽariũ ꝙ si aliq̃ q̃tacũqз ps existẽs ĩ toto mouet: ꝙ separatĩз ꝑ se existẽs mouere possit: qꝛ ps ĩ toto nõ ē ĩ actu sed in potẽtia maxie ĩ ꝯtinuis. Sic.n.aliqđ ē ens sicut ⁊ vnũ. Unũ aũt est qđ est in se indiuisuз ⁊ ab alijs diuisum: ps aũt ꝓut est in toto nõ est diuisa in actu: sз ĩ potẽtia tñ. Unñ nõ est actu ens neqз vna: sed in potẽtia tñ: ⁊ ꝓpter hoc nõ agit pars sed totũ. ¶ Deinde cum dicit. — Pars nõ ē actu in toto cõntinuo sз ĩ potẽtia.

¶ Si ꝟo duo quedaз seorsuз ꝑ tãtũ spatiũ tãto in tpe duo seorsuз põdera mouẽt: ⁊ cõposita ꝑ lõgitudinẽ equalẽ equaliue in tẽpore cõpositum ex põderibus vtrisqз mouebunt. Est enim in eis eadem ratio.

¶ Si ꝟo duo ⁊ vtrũqз: hoꝝ autem vtrũqз mouet tantũ in tanto: ⁊ composite potẽtie cõpositum ex grauibus equali mouebunt longitudine ⁊ in equali tempore. anologum namqз. T.cõ.38.

¶ Ponit cõparationẽ fm ꝯgregationẽ mouẽtiũ: ⁊ dicit ꝙ si sint duo ⁊ vtrũqз eoꝝ moueat: quoꝝ vtrũqз ꝑ se moueat tãtũ mobile ĩ tãto tpe per tãtũ spatiũ: qñ ꝯiũgũtur iste due potẽtie mouẽtiũ: mouebũt illđ qđ ē ꝯiũctũ ex põderibus motis ꝑ eq̃le spatiũ in eq̃li tempore: qꝛ in hoc etiã seruatur eadem analogia. ¶ Deinde cum dicit. — Ille regula ꝓportionum

¶ Sũt ne igiꝶ eadeз ⁊ in alteratione atqз accretione. Est eñ aliqđ id qđ auget: ⁊ id ēt qđ augeꝶ: atqз ĩ tpe tãto ⁊ tantũ: aliud auget aliud augetur. Et id quod alterat: ⁊ qđ alteraꝶ similiter est aliqđ: ⁊ tñ intensione remissioneue est alteratũ: ⁊ in tẽpore tanto.

¶ Sic igiꝶ in alteratione ⁊ in augmẽto aliqđ quidẽ eñ est augẽs: aliqđ aũt ⁊ qđ augeꝶ: in quanto aũt tpe: ⁊ q̃tũ aliqđ qdẽ auget. aliđ aũt augeꝶ. Et alterãs qdẽ ⁊ qđ alteraꝶ siĩr aliqđ ⁊ quantũ fm maius ⁊ minus alterata sit ⁊ in quãto tpe. T.cõ.39.

¶ Ponit easdẽ cõparatiõis regulas ĩ alijs motibꝰ. ⁊ circa hec tria facit. Pͦ ostẽdit diuisibilitatẽ eoꝝ fз q̃ attẽduꝶ cõparatiões motuũ. Scđo ponit cõpatiões veras. ibi[In duplo duplũ ⁊c.] 3ͦ remouet cõparatiões falsas: ibi[Sic aũt alterãs.] Dicit ḡ ꝓ q̃tũ ad augmẽtũ ꝙ sunt tria. s. augens: ⁊ id qđ augeꝶ: ⁊ tẽpus: ⁊ hec tria hñt aliquã q̃titateз fm quã augens auget ⁊ auctũ augeꝶ. Et hec etiã quatuor

est accipere in alteratione.s.alterans ꝛ qd alterat: ꝛ quantitas passiõis s3 quã fit alteratio que inest s3 magis ꝛ minus: ꝛ iterũ quãtitas tpis in quo fit alteratio: sicut ꝛ hec quatuor in motu locali inueniebantur. ¶ Secundo ibi.

¶ In duplo duplum: ꝛ duplũ in duplo. Dimidiũ aũt i dimidio tpis: aut i dimidio dimidiũ: aut i eq̃li duplũ

¶ In duplo duplum: ꝛ duplum in duplo. Medium autem in medio tempore: aut in medio medium: aut in equali duplum.

¶ Ponit cõparationes veras: ꝛ dicit q̃ si aliqua potentia sm hos motus moueat tãtũ i tanto tpe: in duplo tpe mouebit duplũ: ꝛ si moueat duplũ h erit i duplo tpe. Et sile mouebit eadẽ potẽtia mediũ i medio tpe: aut si moueat in medio tpe erit dimidiũ qd ẽ motũ: aut si sit dupla potentia in equali tpe mouebit duplum. ¶ Tertio ibi.

¶ Si vo id qd alterat: aut auget: tãtũ in tanto auget: aut alterat: nõ necesse est ꝛ dimidiuz in dimidio: ꝛ in dimidio dimidiũ alterare vel augẽ. S3 nihil si forte fuerit alterabit vel augebit: quẽadmodũ ꝛ i põdere.

¶ Si autem alterans aut augens tantuz in tanto tpe auget: aut alteret: non necesse est ꝛ mediuz: in medio ꝛ in medio mediũ. Sed nihil si cõtingit augmentabit aut alterabit: sicut ꝛ in graui.

¶ Excludit falsã cõparationẽ ꝛ dicit q̃ si aliq̃ potẽtia moueat in motu alteratiõis ꝛ augmẽti tãtũ i tãto tpe: nõ necesse est q̃ medietas potẽtie moueat medietatẽ in eodez tpe: aut in medio tpe tãtũdẽ: sed forte ꝯtingit q̃ nihil augmẽtabit vel alterabit [sicut ꝛ in graui] id ẽ sicut verũ ẽ q̃ dimidiata potẽtia nõ põt mouere totuz põdus: neq3 p totũ spatiũ: neq3 p aliquã ei⁹ ptẽ. Est eni itelligẽdũ q̃ h qd dicit [In medio mediũ: aut in eq̃li duplũ] li duplũ ꝛ mediũ qd in accusatiuo ponit nõ accipit p dimidio vel duplo ipsi⁹ mobilis: s3 p dimidio ꝛ duplo ex pte rei i q̃ est mot⁹.i.q̃litatis aut quãtitatis: q̃ ita se habẽt in istis duob⁹ motib⁹: sicut lõgitudo spatij i motu locali. Aliogn nõ sile eẽt i his motib⁹ ꝛ i motu locali. In motu.n.locali verũ est q̃ si tãta potẽtia mouet tãtũ mobile: medietas mouebit medietatem mobilis. Hic aũt dr q̃ medietas forte nihil mouebit. S3 itelligẽdũ ẽ de toto mobili itegro: q2 virtus motiua dimidiata nõ mouebit ips3 neq3 p tãtã quãtitatez aut qualitatem: neq3 per eius medium. LEC. I.

¶ Aristotelis stagyrite de physico auditu: Textus libri Octaui.

Motus ne aliq̃n est mot⁹ antea q̃ nõ erat rursusq3 adeo corrũpit vt nihil penit⁹ moueat: an neq3 factus ẽ neq3 corrũpit s3 sp erat ꝛ semp erit. Atq3 hoc hisce que sunt in mortale ac icessabile inest: q̃si sit vita q̃dam his vniuersis que natura constant.

Utrũ aũt factus sit aliquãdo motus cũ nõ esset prius: ꝛ corrumpit iterũ: sic q̃ moueri nihil sit: aut neq3 fact⁹ ẽ: neq3 corrũpit: s3 erat semp ꝛ erit: ꝛ h imortale: ꝛ sine q̃te existit i his q̃ sũt: vt vita q̃dã ens nãĩ oibus subsistentibus.

¶ Diui Thome Aquinatis in Octauum librũ Physicoꝝ dilucidissima Expositio Sequitur.

Postq̃ Phs in precedẽti libro ostẽdit q̃ necesse est ponere p̃m mobile: ꝛ p̃m motũ: ꝛ p̃m motorẽ. In h libro itẽdit ingrere q̃lis sit p̃mus motor: ꝛ p̃mus motus: ꝛ p̃mũ mobile. Et diuidit in ptes duas. In p̃ma p̃mittit quoddã qd ẽ necessariũ ad sequẽtẽ inuestigationẽ: scil3 motũ eẽ sempiternũ. In 2⁰ pcedit ad inuestigationẽ ppositi: ibi [Principiũ aũt ꝯsiderationis ꝛc.] Circa p̃m tria facit. Primo mouet dubitationẽ. Scdo ostẽdit vitatẽ sm suã opionẽ: ibi [Incipiem⁹ aũt p̃mũ ꝛc.] Tertio soluit ea q̃ in ꝯtrariũ obijci possunt. ibi [Cõtraria aũt his ꝛc.] Circa p̃m tria facit. Primo pponit dubitationẽ. Scdo ponit opiones ad vtrãq3 ptẽ: ibi [Sed quãti gdẽ.] Tertio oñdit vtilitatẽ huius ꝯsiderationis: ibi [Cõsiderãdũ igit de h ꝛc.] Circa p̃m duo facit. Prio pponit dubitationẽ de qua inuestigare intẽdit. Scdo respõdet tacite qõni: ibi [Esse gdẽ igit ꝛc.] Circa p̃mũ sciẽdũ est q̃ Auerrois dicit q̃ Aristoteles in h capitulo nõ intẽdit ingrere in vli de motu vtrũ sit sempiternus: sed de p̃ motu. Sed siqs ꝯsideret ꝛ verba ꝛ pcessum phi h est oĩno falsuz. Uerba eni phi vlr de motu loquuntur: q2 dicit [Utrũ factus sit aliq̃n motus: cũ nõ eẽt prius: ꝛ corrũpit iteruz: sic q̃ moueri nihil sit.] Ex quo manifeste apparet q̃ nõ de aliquo motu determinato querit. sed vlr: vtrũ aliq̃n nihil fuerit motũ. Ex ipso etiã Arist. pcessu apparet h eẽ falsuz. Prio gdẽ q2 ꝯsuetudo sua est semper ad ppositũ ex pprijs argumẽtari. Siqs aũt sequẽtes rõnes ꝯsideret q̃s inducit: in nulla eaꝝ sumit aliqd p medio qd pprie ad p̃mũ motũ ptineat: sed ad motuz in cõi. Unũ ex hoc satis apparet q̃ itẽdit hic ingrere de sempiternitate motus in cõi. Scdo q2 si iã pbatuz eẽt q̃ est aliqs motus vnus vel plures sempiterni: frustra ingreret iferi⁹ vtrũ aliq̃ moueant semp: cũ h iã eẽt pbatũ. Ridiculũ est etiã dicere q̃ Ari. iferius reiteret suã ꝯsiderationẽ a p̃n⁰ q̃si aliqd omisisset: vt Cõmẽtator singit. Erat.n.copia Arist. corrigẽdi librũ suũ: ꝛ supplẽdi in loco debito qd fuerat omissuz: vt nõ inordinate pcederet. Si.n.h capitulũ exponat sm p̃dicti Cõmẽtatoris intẽtionẽ: oĩa sequẽtia ꝯfusa ꝛ inordinata apparebũt. Nec ẽ mirũ. q2 vno inconueniẽti posito alia sequunt. Adhuc aũt manifesti⁹ h apparet p h q̃ Arist. iferius ingrere itẽdẽs de sempiternitate p̃mi mot⁹: vtit eo qd h demõstrat q̃si p̃n⁰. Qd nullo mõ faceret: si h pbasset p̃mũ motũ eẽ eternũ. Ratio aũt ex q̃ Auer. motus fuit: oĩno friuola est. Dicit.n. q̃ si dicat q̃ Aristo. hic itẽdit ingrere de sempiternitate mot⁹ in cõi: sequit q̃ ꝯsideratio Arist. hic sit diminuta: q2 nõ apparet p id qd hic determinat quomõ mot⁹ semp possint ꝯtinuari adiuicẽ. Sed hoc nihil est: q2 Arist. sufficit in h ca⁰ pbare q̃ motus semp fuerit. Qualr aũt sempiternitas mot⁹ cõtinuet: vtrũ p hoc q̃ oĩa semp moueant: vel q̃nq3 quiescãt vel per hoc q̃ quedã semp moueant quedaz vo q̃nq3 mouentur ꝛ q̃nq3 quiescunt: statim imediate ingrit. Sic igit sm hãc lectionẽ exponẽdũ est p̃us caplm qd itẽdit hic inquirere de motu in cõi. Querit g̃ sm h. Utruz motus in cõi aliq̃n eẽ inceperit: ita q̃ p̃us nihil vnq̃ motũ fuerit: ꝛ q̃nq3 sic deficiat q̃ nihil postmodũ moueat. Aut e cõtrario: neq3 vnq̃ iceperit neq3 vnq̃ deficiet: s3 semp erat ꝛ semp erit. Et ponit exẽplũ in aĩalibus: pp̃ter h q̃ gdã dixerit mũduz eẽ quoddã aĩal magnũ. Uidemus.n. q̃ aĩalia viuunt q̃diu appet i eis aliqs motus. Cessante aũt oĩ motu: dicunt aĩalia mori. Sic igit i tota vniuersitate naturalium corpoꝝ motus ꝯsiderat vt vita quedã. Si ergo motus semp fuit ꝛ semp erit: ista quasi vita nãliuz corporuz erit imortalis sine cessatione. ¶ Secundo ibi.

¶ Motũ igit oẽs inqunt eẽ q de nã aliqd dicũt: tũ q2 mũdũ faciũt: tũ q2 ꝯtẽplatio ipsis o'ẽ est de gñatione corruptiõe q̃ quã ipossibile est eẽ si nõ sit motus.

Opinio Auerro.

Improbato opinio Aue. Prio ex verbis. 2⁰ ex processu 6⁰. Prio ex medio.

2⁰ sufficitate. Lec. 5. t. com. 53. 3⁰ diminutione.

4. confusione. 5 supra. l. l. com. 10. Lec. 13 l. com 53. Rõ frivola cõmẽtatoris. 6 sufficientia.

Lec. 5. a pn⁰.

¶ Esse qdē igitur motuȝ oēs affirmāt de natura aliqd dicētes: ꝑpter hoc ꝙ mūdū faciunt: ꝛ de generatione ꝛ corruptiōe eē ꝯsideratiōnē oib⁹ his ipsis: quā impossibile est eē: nisi sit motus.

¶ Rñdet tacite qōni. In ꝑcedētibus .n. libris Aristo. locutus fuerat de motu in cōi nō applicādo ad res. Nūc autē ingrēs an motus semꝑ fuerit applicat cōeȝ ꝯsideratiōnē motus ad eē qd hȝ in rebus. Posset ergo aliqs dicere ꝙ i hac ꝯsideratione prius erat querēdū de motu an habeat esse in rebus: ꝙ queraꝭ an sit sempiternus. Et ꝑcipue cuȝ qdā negauerint eē motū. Ad hoc rñdet dicēs ꝙ oēs q locuti sūt de nā reꝝ: affirmāt ꝙ mot⁹ sit. Et hoc pȝ p hoc qd dicūt mūdū eē fcm: ꝛ ꝙ oēs ꝯsiderāt de gñatione ꝛ corruptiōe reꝝ q̄ nō pōt eē sine motu. Est igiꝭ cōis suppositio i sciētia nāli ꝙ mot⁹ habeat eē in reb⁹. Un̄ de hoc nō est q̄rendū in sciencia nāli. Sicut nec in aliq̄ sciētia mouetur qō de suppositionibus illius sciencie. ¶ Deinde cū dicit.

Notabile

¶ Ueꝝ q mūdos ifinitos eē: ꝛ alios ipoꝝ fieri: alios corrūpi dicūt: hi motū inquunt semꝑ eē. Sint enī gnātiones ꝛ corruptiones ipsoꝝ: cū motu necesse est.

¶ Sed quanti quideȝ infinitos mundos dicunt esse: ꝛ quosdam quidem fieri: quosdam autem corrumpi: sed mundorum semper dicunt esse motum. Necessariuȝ enim generationes ꝛ corruptiones cum motu esse ipsorum.

¶ Ponit opiniones ad vtrāqȝ ptē qōnis mote. Et ꝑmo ponit opiniones dicētiū motū semꝑ eē. Scdo opiniones ponētiū motū nō semꝑ esse. ibi [Quicūqȝ aūt.] Ad euidentiā g ꝑme ptis sciēdū est ꝙ Democritus posuit ꝑma reꝝ principia corpa idiuisibilia: ꝛ semꝑ mobilia: ex quaꝝ cōgregatione dicebat mūdū casualiter factū: ꝛ nō solū istū in q̄ nos sum⁹: sed ifinitos alios: fm ꝙ accidit in diuersis ptib⁹ ifiniti vacui ꝑdicta corpa ꝯgregata mūdos fecisse. Nec tñ hos mūdos ponebat i ꝑpetuū duraturos: sȝ quosdā eoꝝ fieri p aggregationē athomoꝝ: quosdā vo corrūpi p eoꝝ segregationē. Quotcūqȝ igiꝭ philosophi hoc posuerūt cū Democrito: dicūt semꝑ eē motū: qꝛ semꝑ dicūt eē generationes ꝛ corruptiones aliquoꝝ mundoꝝ: quas necessarium est esse cū motu. ¶ Secundo ibi.

Notabile

¶ Qui vo mūdū aut vnū ꝛ semꝑ eūdē esse dicūt: aut vnū qdem: sed non semꝑ: hi de motu quoqȝ silr opinanꝭ. Si igiꝭ ꝯtigit aliqn̄ nihil moueri: dupliciter id accidere necesse ē. Aut enim vt Anaxagoras cēset. Dicit enī cū oia simul eēnt atqȝ qescerēt tpe ifinito: mētē mouisse atqȝ segregasse. Aut vt Empedocles dicit interdū res moueri: itērdū qescere. Moueri qdē: cū aut vnuȝ ex multis ꝯcordia: aut ex vno multa discordia facit. Quiescere vo in hisce tpib⁹ que iter hec media cadūt. Dicit enī hoc mō. Nā quo de multis nasci ꝯsueuerit vnū. Atqȝ iteꝝ ex vno gnāto plura renasci. Hoc fiūt: sirumqȝ sibi nō ꝑmanet euum. At quo mutanꝭ nunq̄ȝ cessante recursu. Hoc sic ꝑpetuo stabilē versāꝭ i orbē. Cū enī dicit. At quo mutāꝭ nunq̄ȝ cessāte recursu: id empedoclē arbitrādū est itelligere: hinc inq̄ȝ illuc: ꝛ illinc huc fieri motum.

T. co. 2. ¶ Quicūqȝ aūt vnū: ꝛ nō esse semper: ꝛ de motu apponunt rōneȝ. Si igiꝭ ꝯtingit aliquādo nihil moueri: dupliciter necesse est hoc accidere. Aut enim sicut Anaxagoras dicit. Inquit enīȝ ille simul omnibus existētibus ꝛ qescētibus in ifinito tēpore: motū facere itellectū ꝛ disgregare. Aut sicut Empedocles in parte moueri: ꝛ iterū qescere. Moueri qdē: cū amicitia ex multis faciat vnū: aut discordia mlta ex vno. Quiescere aūt in mediis tēporibus dicēs sic. Inquātū qdē ex pluribus vnū didicit nasci: inquātū iterū ex vno geminato plurima perficiunꭗ. Sic fiunt res: ꝛ nullo modo ipsius est seculum vnū. Sic autem permutantur: neqȝ simul perficiuntur. Sic autem semper sunt immobiles fm circulum. Hoc enīȝ quod sic permutantur ab hic inde dicere ipsum opinandum est.

¶ Ponit opiniones ad ptē ꝯtrariā: ꝛ dicit ꝙ quicunqȝ posuūt vnū solū mūdū: ꝛ nō eē eū sēpiternū: et de motu posuūt: qꝛ ꝯsequitur fm rōnē: vt. s. nō semꝑ sit. Si g ponaꭗ ꝙ sit aliqd tēpus i quo nihil mouebaꭗ: opȝ ꝙ hoc accidat duobus modis. Ponit .n. duobus modis hoc mūdus nō semꝑ fuisse. Uno mō ꝙ mūdus iste sic icepit ꝙ nūq̄ȝ antea fuerat: sicut posuit Anaxagoras. Alio mō ꝙ mūdus sic incepit ꝙ aliquo tēpore nō fuit: sed ante illud tēpus iteꝝ fuerit: vt posuit Empedo. Et silr circa motū. Anax. aūt dixit ꝙ quodā tpe oia simul erāt vnū cū alio cōmixtū: ꝛ nihil erat ab alio segregatū. In qua qdem reꝝ mixtura necesse fuit ponere ꝙ oia qescerēt. Motus .n. nō est absqȝ disgregatiōe. Oē enī qd mouetꭗ ab aliq̄ recedit vt i aliud tēdat. Hāc g reꝝ mixturā ꝛ qetē posuit ꝑextitisse i tpe ifinito: ꝑ̄ra qd nūq̄ȝ antea fuerat aliqs mot⁹. Et ꝙ itellectus q solus nō erat ꝑmixt⁹ icepit de nouo facē motū ꝛ disgregare res abiuicē. Empe. vo dixit ꝙ i aliq̄ pte tpis ē aliqd moueri: ꝛ iteꝝ i alia pte tpis ē oia qescere. Ponebat enī Empedo. ꝙ amicititia ꝛ discordia sūt ꝑma reꝝ mouētia. Amicitie aūt ꝑpriū ē ꝙ ex multis faciat vnū: discordie vo ex vno faciat multa. Quia vo ad esse corporis mixti requiꭗ ꝙ elemēta sint i vnū cōmixta: ad eē vo mūdi requiꭗ ꝙ elemēta sint in locis suis per ordinē distributa: ponebat ꝙ amicitia est cā generationis corpoꝝ mixtoꝝ: discordia vo cōsa corruptionis. Sed ecōtrario in toto mūdo amicitia cā corruptionis: ꝛ discordia generatiōis. Sic g ponebat moueri totū mūdū: cū vel amicitia ex multis facit vnū: vel discordia multa facit ex vno. Sed qetē ponebat eē in medijs tpib⁹: nō qdē ita ꝙ nil mouetꭗ: sȝ q̄tū ad gnālē mūdi mutatiōnē. Et qꝛ posuit sniaȝ Empe. ponit ēt eius vba: q̄ difficultatē hñt: qꝛ metrice scripsit. Sic g suā sentētiā expressit Empe. his vbis q̄ sic ꝯstruēda sūt. [Didicit nasci.] i. sic ꝯsuetū est aliqd generari [inq̄tū ex plib⁹ fit vnū] [ꝛ iteꝝ] id est alio mō. [Ex vno geminato] .i. cōpositio. [perficiūꭗ plurima] .i. multa fiūt p disgregationē. Quedā .n. sunt q̄ generanꭗ p cōpositionē: q̄dā vo p disgregationeȝ. Et sicut hoc videmus in pticularibus generatiōibus. [Sic fiūt res] .i. sic est itelligēdū in vli reꝝ generatione q̄tum ad totū mūdū. [Et nullo mō ē ipsi⁹ seculū vnū] .i. nō est vnus stat⁹ durationis reꝝ: sȝ qñqȝ generaꭗ mūdus: qñqȝ corrūpiꭗ: qñqȝ medio mō se hȝ. Seculū .n. dr mēsura durationis alicui⁹ rei. Distinctionē aūt hoꝝ seculoꝝ exꝑmit subdēs [Sic aūt ꝑmutanꭗ] q̄si dicat. Unū seculū ē i quo res ꝑmutanꭗ per ꝯgregationē vel segregationē. Et ne aliquis opinareꭗ ꙩ ad generationē mūdi nō requiꭗ seculū i. tps aliqd: sed mūdus fit in istāti: ad hoc excludēdū subiūgit [Neqȝ simul pficiunꭗ.] sed per multā morā tpis. Deinde de alio seculo subdēs dicit [Si aūt semꝑ sunt imobiles.] qꝛ. s. in medio tpe gnātionis ꝛ corruptiōis posuit res qescere. Et ne aliqs crederet ꙩ semꝑ antea fuerit ꝑmutatio: ꝛ postea sꝑ futura sit gen: ad hoc excludēdū dic [Scdm circulū]

circulū .j.q.d.circulariter h̄ ꝯtingit ꝙ ꝑmutant᷑ res ꝛ poſtea qeſcūt: ꝛ iterū ꝑmutant᷑: ꝛ ſic in īfinitū. Deinde ſubdunt v̄ba Ariſto. exponētia ꝑdicta v̄ba Emped. maxime quātū ad hoc qḋ dixit [Sic aūt ꝑmutat᷑.] Dicit ḡ ꝙ opinādū eſt in h̄ qḋ dixit [ſic ꝑmutant᷑] ītellexit [ab hic ide] .i.a quodā ꝑncipio vſqꝫ nūc non ꝙ ſemper fuerit motus. vel ꝙ poſtq̄ incepit ſit interruptus. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Cōſiderādū eſt igit᷑ de hoc quonā mō ſe hꝫ. Eſt.n. operepciū hāc ꝑſpicere veritatē: ꝛ nō ſolū ad nālem cōtēplationē: ſed ꝛ ad eā doctrinā que circa principium primum verſatur vehementer conducit.

T.c.3. ℂ Cōſiderādū igit᷑ de hoc quomodo ſe hꝫ. Pre opere enīꝫ nō ſolū ad nature cōſiderationē ſcire veritatē: ſed ad ſcientiam de principio primo.

ℂ Oſtēdit vltimā huius ꝯſiderationis: ꝛ dicit ꝙ ꝯſiderandū eſt quō ſe habeat v̄itas circa hāc q̄ōnē: q: ſcire v̄itatē huius q̄ōnis eſt ꝑope.i.ꝑneceſſariū nō ſolū ad ꝯſiderationē ſcie nālis: ſꝫ ēt ad ſciam de ꝑmo ꝑncipio: q: in hoc.8. ꝛ 12. meta. ad ꝓbādū vnū principiū vtit᷑ eternitate motus. Lec. vltima a ꝑn° mēti. Lec. 5. in ꝑncipio. Hec.n. via ꝓbādi ꝑmū ꝑncipiū eē: eſt efficaciſſiſſima: cui reſiſti nō pōt. Si enī mūdo ꝛ motu exīte ſempiterno neceſſe eſt ponere vnū ꝑmū ꝑncipiū: multo magis ſempiternitate eoꝝ ſublata: q: manifeſtū eſt ꝙ oē nouū īdiget aliquo ꝑncipio īnouāte. Hoc ergo ſolo mō poterat videri ꝙ nō eſt neceſſariū ponere ꝑmū ꝑncipiū ſi res ſunt ab eterno. Un̄ ēt ſi hoc poſito ſequit᷑ ꝑmū ꝑncipiū eē: oſ̄dit᷑ oīno neceſſariū primū principium eſſe. LEC. II.

ℂ Ex his aūt ordiemur que ꝑus a nobis in libris nālis ſcie ſunt definita. Dicimus itaqꝫ motū ipſi⁹ mobilis hoc actū eē quo mobile ē. Neceſſe ē ergo res eē: q̄ vnoquoqꝫ motu moueri ꝑñt. Et ſine definitiōe etiā motus quis ꝓfecto fatebit᷑ neceſſariū eſſe id moueri qḋ ſingulis motib⁹ moueri pōt: ceu alterari quidem id qḋ eſt alterabile: ferri aūt id qḋ loco mutabile eſt. Quare ſit antea combuſtibile q̄ʒ comburatur: ꝛ combuſtiuum antea q̄ʒ comburat oportet.

T.c.4. Incipiemus aūt primum ex diffinitis a nobis in phyſicis prius. Dicimus aūt motū eſſe endelechiā mobilis ſm̄ ꝙ eſt mobile. Neceſſe ergo exiſtere res poſſibiles moueri: ſm̄ vnūquēqꝫ motū. Et ſine motus diffinitiōe: oīs vtiqꝫ ꝯſtebitur neceſſariū eē motū poſſibile moueri ſm̄ vnūquēqꝫ motuꝫ: vt alterari alterabile: ferri autem ſm̄ locum mutabile. Quare prius oportet eſſe combuſtibile q̄ʒ comburatur: ꝛ combuſtiuum q̄ʒ comburere.

Poſtq̄ʒ mouit dubitationē de ſempiternitate motus h̄ oſ̄dit motū eē ſempiternū. Et diuiditur in ꝑtes duas in ꝑma oſ̄dit ꝓpoſitū. In ſcḋa ſoluit ea que in ꝯtriū obijci poſſent. ibi [Cōtraria aūt his ꝛc̄.] Circa primū duo fac̄. Prio pōit rōnes ad oſ̄dēdū ſempiternitatē mot⁹. Scḋo ponit rōnes ꝯ opiniōes phoꝝ ꝯtriū opināntiū. ibi [Sed nō aliqn̄ ꝛc̄.] Circa ꝑmū duo fac̄. Prio oſtēdit ꝙ mot⁹ ſemꝑ fuit. Scḋo ꝙ ſemꝑ erit. ibi [Eadē autē rō eſt ꝛc̄.] Circa ꝑmū duo facit. Prio oſ̄dit ꝓpoſitū rōne accepta ex ꝑte motus. Scḋo rōne accepta ex ꝑte tꝑis. ibi [Adhuc aūt ꝑus ꝛ poſterius ꝛc̄.] Circa ꝑmum tria facit. Prio ꝑmittit quoddā qḋ eſt neceſſariuꝫ ad ꝓbationē ſequētē. Scḋo īducit ꝓbationē ad ꝓpoſitū oſtēdēdum. ibi [Ergo ꝛ hoc neceſſariū eſt ꝛc̄.] Tertio oſ̄dit neceſſitatē rōnis īducte. ibi [Alia q̄dē mouēt ſingulariter.] Dic̄ ergo primo ꝙ ad ꝓpoſitū oſ̄dēdū debemus īcipe ab his que primo determiata ſunt in phyſicis: vt eis q̄ſi ꝑncipijs vtamur. Per qḋ dat ītelligere precedētes libros: in q̄bus de motu in cōi determiauit. Et ꝑꝑ hoc appellant᷑ v̄lr de nālibus. Hīt.n. quādā diſtictionē ad hūc libꝝ octauū in quo iā īcipit motū ad res applicare. Aſſumit ḡ id qḋ dictū eſt in.3. phyſi.ſ. ꝙ mot⁹ eſt act⁹ mobilis inquātū huiꝰ. Ex quo apparet ꝙ ad h̄ ꝙ ſit motus neceſſe eſt exiſtere res q̄ poſſint moueri quocūqꝫ motu: q: nō pōt eē actus ſine eo cuius eſt actus. Sic ergo ex diffinitiōe mot⁹ ap̄pet ꝙ neceſſe eſt eē ſubiectū mobile ad h̄ ꝙ ſit motus. Sed ēt abſqꝫ diffinitiōe motus ꝑ ſe manifeſtū eſt hoc: vt pꝫ ex cōi ſnīa oīuꝫ. Quilibet.n. confitet᷑ h̄ eē neceſſariū ꝙ nō mouetur niſi qḋ ē poſſibile moueri: ꝛ hoc ſꝫ vnūquēqꝫ motū. Sicut ꝙ nō ꝯtingit alterari niſi qḋ eſt alterabile: neqꝫ mutari ſm̄ locū niſi qḋ eſt ſm̄ locū mutabile. Et q: ſubiectū nāliter ꝑus eſt eo qḋ eſt in ſubiecto: poſſum⁹ cōcludere in ſingulis mutatiōib⁹ ꝛ ex ꝑte mobilis ꝛ ex ꝑte mouētis: ꝙ prius eſt ipſuꝫ ſubiectū cōbuſtibile q̄ʒ cōburat᷑. [ꝛ cōbuſtiuū] .i. ſubiectū pōt cōburere q̄ʒ cōburat: ꝑus inquā nō ſemꝑ tꝑe ſꝫ nā. T.cō.6. ꝛ 16. Ex hac aūt Ariſto. ꝓbatiōe Auer. occaſionē ſumpſit loquēdi ꝯ id qḋ ſm̄ fidē de creatiōe tenemus. Opinio Cōmentatoris. Si.n. fieri qḋdā mutari eſt: oīs aūt mutatio req̄rit ſubiectū: vt hic Ariſto. ꝓbat. neceſſe eſt ꝙ oē qḋ fit fiat ex aliq̄ ſubiecto. Nō ergo poſſibile eſt ꝙ fiat aliqd ex nihilo. Adducit ēt ad h̄ ſcḋaꝫ rōnē: q: cū dī nigrū fieri ex albo: h̄ nō dicit᷑ ꝑ ſe: ita ꝙ ipſuꝫ albū ꝯuertat᷑ in nigrū: ſꝫ h̄ dī ꝑ accidēs: q: .ſ. recedēte nigro ſuccedit albū. Oē aūt qḋ eſt ꝑ accidēs reducit᷑ ad id qḋ eſt per ſe. Hoc aūt ex quo aliqd fit per ſe: eſt ſubiectū qḋ ītrat ſubſtātiā rei facte. Oē ergo qḋ dī fieri ex oppoſito: fit q̄dē ex oppoſito per accidēs: per ſe aūt ex ſubiecto. Nō ergo eſt poſſibile ꝙ ens fiat ex nō ente ſimplr. Adducit aūt ad h̄ tertio cōem opinionē oīum antiquoꝝ phoꝝ ponētiū nihil ex nihilo fieri. Aſſignat ēt duas cās ex q̄bus reputat hāc poſitionē exortam ꝙ aliqd ex nihilo fiat. Quaꝝ ꝑma eſt ꝙ vulgus nō reputat exiſtētia: niſi ea q̄ ſunt cōprehēſibilia viſu: q: ḡ vulgus videt aliquod factū viſibile qḋ ꝑus viſibile nō erat: reputat poſſibile aliqd ex nihilo fieri. Scḋa cā eſt: q: apud vulgus reputat᷑ eē ex diminutiōe virtutis agētis ꝙ īdigeat mā̄ ad agēdū: qḋ tn̄ nō eſt ex īpotētia agētis: ſed ex ipſa rōne motus. Quia ergo ꝑmū agēs nō hꝫ potentiā aliquo mō defectiuā: ſequit᷑ ꝙ nō agat abſqꝫ ſubiecto. Sed ſi q̄s recte cōſideret: ex ſimili cā ipſe deceptus fuit ex qua cā nos decepros arbitratur. ſ. ex ꝯſideratiōe ꝑticulariū entiū. Improbatio opinionis Auer. Manifeſtum eſt enim ꝙ potentia actiua ꝑticularis: ꝑſupponit mā̄m quā agēs vniuerſalius operat᷑: ſicut artifex vtit᷑ mā̄ quā nā facit. Ex hoc ergo ꝙ oē ꝑticulare agēs ꝑſupponit mā̄m quā nō agit: nō opꝫ opinari ꝙ primū agēs vniuerſale qḋ eſt actiuū totius entis aliqd ꝑſupponat: quaſi nō creatū ab ipſo. Nec hoc etiā eſt ſm̄ ītētionē Ariſto. Probat.n. in.2. meta. ꝙ id qḋ eſt maxime veruꝫ ꝛ maxie ens: eſt cā eſſendi oībus exñtib⁹. Lec.2.t. c.4. Unde hoc ipſum eē in potētia qḋ hꝫ mā̄ ꝑma ſequit᷑ deriuatum eē a ꝑmo eſſendi ꝑncipio qḋ eſt maxime ens. Nō igit᷑ neceſſe eſt ꝑſupponi aliquid eius actiōi qḋ nō ſit ab eo ꝓductū. Et q: oīs motus indiget ſubiecto: vt hic Ariſto. ꝓbat: ꝛ rei v̄itas hꝫ: ſequit᷑ ꝙ ꝓductio v̄lis entis a deo non ſit motus nec mutatio: ſꝫ ſit q̄dā ſimplex emanatio. Et ſic fieri ꝛ facere equoce dicant᷑ in v̄li rerū ꝓductione ꝛ in alijs ꝓductiōib⁹. Sicut ergo ſi ītelligamus rerū ꝓductionē eē a deo ab eterno: ſicut Ariſt. poſuit ꝛ plures platonicoꝝ: nō eſt neceſſariū: īmo īpoſſibile ꝙ huic v̄li ꝓductiōi aliqḋ ſubiectū nō ꝓductū preintelligat᷑. Ita ēt ſi ponamus ſm̄ nr̄e fidei ſnīaꝫ ꝙ nō ab eterno ꝓduxerit res: ſed ꝓduxerit eas poſtq̄ʒ non fuerant: nō eſt neceſſariū ꝙ ponat᷑ aliqḋ ſubiectum huic v̄li

productióĩ. Patet ergo q̄ h q̄d Aristo. hic probat q̄ oīs motus indiget subiecto mobili nō est cōtra sniāʒ nostre fidei: q2 iaʒ dictū est q̄ vl'is rerū ꝓductio siue ponat̄ ab eterno siue nō ab eterno: non est motus nec mutatio. Ad hoc.n. q̄ sit motus vel mutatio reqrit̄ q̄ aliter se habeat nunc ꝛ prius: ꝛ sic aliqd eēt prius exn̄s: ꝛ per ꝯn̄s hec non esset vl'is rerū ꝓductio de qua nūc loqmur. Similiter q̄d dicit q̄ aliqd dī fieri ex opposito ꝑ accidēs ꝛ ex subiecto per se: veritateʒ hʒ in ꝑticularibus factionibus f̄m q̄s fit hoc aut illud ens. vt hō aut canis. Nō autē hʒ veritatē in
Lec.14.t.c.78. vniuersali entis ꝓductione. Q̄d pʒ ex hoc q̄ Phs dixit in primo physicoꝝ. Dixit.n. ibi q̄ si fiat hoc animal inquātū est hoc animal: non opʒ q̄ fiat ex nō animali: sed ex non hoc animali: puta si fiat homo ex non homine: aut equus ex nō equo. Si aūt fiat animal inquātū est animal oportet q̄ fiat ex nō aīali. Sic ergo si fiat aliq̄d ꝑticulare ens: nō fit ex oīno nō ente: sʒ si fit totū ens: q̄d est fieri ens inquātū est ens: opʒ q̄ fiat ex penitus nō ente. Si tn̄ ꝛ hoc debeat dici fieri. Equoce.n. dicit̄: vt dictū est. Q̄d ēt introducit de antiqs phoꝝ opinionib9 efficaciā nō hʒ: q2 antiqui nāles nō potuerūt ꝑuenire ad cām ꝑmā totius eē: sed cōsiderabāt cās ꝑticulariū mutationū: quoꝝ primi ꝯsiderauerūt cās solarū mutationū accītaliū: ponētes fieri eē alterari: sequētes vo ꝑuenerūt ad cognitionē mutationū substantialium. Postremi vo vt Plato ꝛ Aristo. ꝑuenerūt ad cognoscēdū ꝑncipiū totius eē. Sic igit̄ pʒ q̄ nō mouemur ad ponēdū aliqd fieri ex nihilo: q2 reputemus ea eē soluʒ entia que sunt visibilia: sed magis ecōtrario: q2 nō ꝯsideramus solas ꝓductiones ꝑticulares a causis ꝑticularib9: sed ꝓductionē vniuersalē totius eē a primo essendi ꝑncipio. Nec etiā ponimus q̄ indigere mā ad agēdū sit potētie diminute: quasi deficiētis a virtute nāli. Sed dicim9 hoc esse potentie ꝑticularis que nō pōt super totum ens: sed facit aliq̄d ens. Et potest sic dici esse potentie diminute facere aliqd ex aliquo: sicut si dicamus potentiā ꝑticularē esse minorem potentia vniuersali. ¶ Secundo ibi.

¶ Igit̄ ꝛ hec ipa necesse est: aut si nō erāt aliqn̄ facta esse: aut ꝑpetua eē. Si igit̄ vnūquodq̄ mobilium ac motiuoꝝ est factū: necesse ē ante motū acceptū: aliā mutationē motūq̄ fuisse. Quo qdē ortū id est q̄d aut moueri: aut mouere pōt. Sin semꝑ erāt motus: tamē erat absurdū: ꝛ ex sese qdē si animaduertat̄ videtur: magis tn̄ si ꝓficiscamur vlterius hoc necesse est euenire. Nā si quedā sunt mobilia: quedā motiua: ꝛ interdum est actu qd primū mouēs: ꝛ aliqd q̄d mouet̄: interdum nihil: sed quiescit: hoc prius mutetur oportet. Erat eniʒ aliquid causa profecto quietis. Quies enim est priuatio motus. Quare ante primam mutationem: mutatio prior erit.

L.c.5. ¶ Ergo ꝛ hoc necessariū est aut facta aliquādo
L.c.6. esse cū nō eēnt: aut ꝑpetua esse. ¶ Si qdē igitur factū est mobiliū vnūquodq̄: necessariuʒ ē pri9 accepta aliā mutationē factā eē: ꝛ motū f̄m quē factū est possibile motū esse: aut moueri. ¶ Si
L.c.7. autē que sunt ꝑerāt semꝑ motu nō existēte: irrationabile qdē videt̄ ꝛ ab insciētibus. At vo magis ingredientibus hoc necessariū est accidere. Si eniʒ aliijs qdē mobilibus existētib9: aliijs aūt motiuis: aliqn̄ qdē erit aliq̄d primum mouēs: hoc aūt q̄d mouet̄: aliqn̄ qdem nihil. sed qescit: oportet hoc mutari prius. Erat.n. aliqd causa quietis. Quies enim priuatio motus est. Quare ante primaʒ mutationem erit mutatio prior.

¶ Supposito q̄ ad hoc q̄ sit motus reqrat̄ mobile ꝛ motiuū: sic argumētat̄. Si motus nō semꝑ fuit: necesse est dicere aut q̄ mouētia ꝛ motiua sint aliqn̄ facta cū ꝑus non eēnt: aut q̄ sit ꝑpetua. Si ergo dicat̄ q̄ vnūq̄dq̄ mobile est factū: necesse est dicere q̄ ante mutationē que accipit̄ vt primus sit alia mutatio: ꝛ motus f̄m quē factū est ipsuʒ mobile q̄d pōt moueri ꝛ motū eē. Que qdē illatio dependet ex ꝑcedētibus. Si eniʒ det̄ q̄ motus nō semꝑ fuerit: sed aliqua mutatio sit anteq̄ nulla fuerit: sequet̄ q̄ illa mutatio habeat aliq̄d mobile: ꝛ q̄ illud mobile sit factuʒ cū prius nō fuerit: cū ponant̄ oīa mobilia eē facta. Omne aūt q̄d fit cū ꝑus nō fuerit fit per aliquē motū vel mutationē: motus aūt vel mutatio per quā fit mobile est prior q̄ mutatio qua mobile mouebat̄: ergo ante mutationem que dicebat̄ eē ꝑma est alia mutatio: ꝛ sic in infinitū. Si aūt dicat̄ q̄ ea que sunt mobilia semꝑ preexistebāt etiaʒ motu nullo existēte: hoc videt̄ irrationabile: ꝛ dictum a nesciētibus. Statiʒ eniʒ apparet q̄ si mobilia sunt: opʒ eē motū. Mobilia eniʒ naturalia simul etiā sunt mouētia:
vt ex tertio pʒ. Mouētib9 aūt ꝛ mobilibus nālib9 existētibus necesse est eē motū. Sed vt ꝓfundius ingrediamur ad veritatis inqsitionē necessariū est hoc idē accidere si ponant̄ mobilia ꝛ mouētia ꝑexistētia semꝑ ante motuʒ: q̄d sequebat̄ si ponant̄ hec eē facta. s. q̄ ante mutationeʒ que ponit̄ ꝑma sit alia mutatio in infinitū. Q̄d sic pʒ: q2 si ponat̄ q̄ sint aliqua mobilia ꝛ aliq̄ motiua: ꝛ tn̄ aliqn̄ primū mouēs incipiat mouere ꝛ aliquid moueri ab ipso: ꝛ ante h nihil moueat̄: sʒ qescat: oportebit dicere q̄ sit alia mutatio ꝑus facta in mouēte vel mobili: q̄ id q̄d pōebat̄ primo mouēs incipiat mouere. Q̄d sic pʒ. Quies.n. est ꝑuatio mot9. Priuatio aūt nō inest susceptiuo habit9 ꝛ forme nisi ꝓpter aliquā cām. Erat ergo aliq̄ cā vel ex ꝑte motiui vel ex ꝑte mobilis quare qes erat: g̃ ea durāte semper quies remanebat. Si ergo aliqn̄ mouēs incipiat mouere: oportet q̄ illa causa quietis remoueatur. Sed nō potest remoueri nisi per aliquē motū vel mutationem: ergo sequitur q̄ ante illā mutationeʒ que dicebatur esse pria sit alia mutatio ꝑor qua remouet̄ cā quietis. ¶ Scd̄o ibi.

¶ Nā quedā vnice: quedam ꝛ motib9 ꝯrijs mouent. Ignis nāq̄ calefacit: sed nō frigefacit. At scia vna cōtrarioꝝ eē videt̄: illic etiā simile qd eē videt̄. Nā frigidū versuʒ quodāmō: atq̄ abiēs calefacit: sicut ꝛ hiisce: qui scit peccat sua spōte: cū ecōtra sciētia vtitur.

¶ Alia quidē eniʒ mouēt singulariter: alia aūt ꝛ L.c.8.
f̄m cōtrarios motus: vt ignis qdē calefacit: frigefacit autem non. Scientia autē videtur contrariorū esse vna. Videtur igitur ꝛ ibi esse aliqd simili modo. Frigidū enim calefacit conuersuʒ quodāmodo ꝛ abscēdēs: sicut ꝛ peccat voluntarius sciens: qm̄ econtrario vtitur scientia.

¶ Probat necessitatē ꝑmisse rōnis. Posset eniʒ aliqs dicere q̄ ꝯtingit qn̄q̄ qescere: ꝛ qn̄q̄ moueri: absq̄ hoc q̄ ꝑexistiterit aliq̄ cā qetis que remoueat̄. Unde hoc vult excludere. Et circa hoc duo facit. Prio ꝑmittit q̄ddā q̄d est necessariū ad ꝓpositū. Scd̄o inducit ꝓpositā ꝓbationeʒ. ibi [Si igit̄ q̄cūq̄ possibilia sūt ꝛc.] Dicit g̃ ꝑmo q̄ eorū que mouēt: q̄dā mouēt singulr̄. i. vno mō tm̄: q̄dā vo mouēt f̄m ꝯrios mot9. Que mouēt tm̄ vno mō sūt nālia: sic ignis semꝑ calefacit ꝛ nūq̄ frigefacit. Sʒ agētia ꝑ intellectū mouēt f̄m ꝯrios mot9: q2 vna scia vī eē ꝯrioꝝ: sicut medicina ē scia sani ꝛ egri. Un̄ vī q̄ medic9 ꝑ suā sciaʒ possit

monere ſm ↄ̃rios motus. Poſuit aũt hãc diſtinctionem mouẽtiũ:q2 in his q̃ agũt per itellectũ vĩ non eẽ verũ qḋ ipſe dixerat.ſ.ꝙ ſi aliqd moueṫ cuz prius genericꝰ:oportet prius remoueri cãm geñis. Agẽtia.n.p itellectũ videnṫ ſe ad oppoſita habere abſqꝫ aliqua ſui mutatiõe. Vñ vĩ ꝙ poſſint mouere ꝛ nõ mouere abſqꝫ aliq̃ mutatiõe. Ne ḡ per hoc ſua rõ ipediaṫ ſubiũgit ꝙ rõ ſua ſilr tenet in his que agũt per itellectũ:ꝛ in his que agũt p nãm:q2 ea que agũt per nãm:p ſe qdẽ ſemp mouẽt ad vnũ:ſꝫ per accñs qñqꝫ mouẽt ad ↄ̃riũ. Et ad hoc ꝙ illud accñs eueniat:neceſſe eſt eẽ aliquã mutationẽ. Sicut frigidũ per ſe ſemp frigefacit:ſed per accñs calefacit. Sed ꝙ per accñs calefaciat hoc eſt p aliquã eius mutationẽ:vel iquãtũ vertiṫ ad aliũ ſitũ:vt alio mõ reſpiciat id qḋ nunc calefit ab eo qḋ prius frigefiebat:vel iquãtũ totalr abſcedit. Dicimꝰ.n. frigus eẽ cãz caloris abſendo:ſicut gubernator per ſui abſenciã eſt cã ſubmerſiõis nauis. Silr ẽt frigus per accñs ſit cã caloris.vel p maiorẽ elõgationẽ: vel ẽt per maiorẽ appropinq̃tionẽ. Sic in hyeme iteriora aĩaliũ ſunt calidiora calore ad iterius recurrẽte pp frigus circũſtãs. Sic etiã eſt in agẽte ſm itellectũ. Scia.n.lꝫ ſit vna ↄ̃riorũ:tñ nõ equalr vtrorũqꝫ:ſꝫ vniꝰ pͥncipalr. Sicut medicia ad hoc ẽ p ſe ordiata ꝙ faciat ſanitatẽ. Si ḡ ↄ̃tingat ꝙ medicus vtaṫ ſua ſcia in ↄ̃riũ ad iducendũ egritudinẽ:peccat. Et hoc nõ erit ex ſcia per ſe.ſed per accidẽs: ꝓpter aliqd aliud. Et ad hoc ꝙ illud aliud adueniat cũ prius nõ eſſet: neceſſe eſt eſſe aliquam mutationem. ⁋ Secundo ibi.

⁋ Verũ ea que agere:aut mouere:ꝛ ea q̃ pati:aut moueri pñt:nõ oĩno hoc pñt:ſed ſi ſic ſe hñt:atqꝫ ad ꝓpinqua ſibi euadũt. q̃re cũ id fuerit:aliud mouet:aliud moueṫ:ꝛ cũ id euenerit:vt aliud ſit mobile:aliud motiuũ. Si igiṫ nõ ſemp mouebaṫ nõ ita ſeſe habebant: vt alterũ mouere:alterũ moueri poſſit:vt patet. Sed alterꝫ ipſorꝫ mutari oportebat. In his.n.q̃ ſũt ad aliqd id accidere neceſſe ẽ. Veluti ſi duplum nõ erat:ꝛ nũc duplũ euaſit. Si nõ vtrũqꝫ alterꝫ ſaltẽ mutatũ eẽ neceſſe eſt. Erit ergo quedam mutatio prior prima.

⁋ Si igiṫ queciũqꝫ poſſibilia ſunt facere aut pati aut mouere aut moueri:hec aũt moueri nõ penitus poſſibilia ſunt:ſed ſic ſe habẽtia ꝛ ꝓxima alterutris ſunt. Quare cũ ꝓximanṫ:aliud mouet: aliud aũt moueṫ:cũ ſint vt ſit hoc qdẽ motiuũ: T.c.9. illud vero mobile. ⁋ Si igiṫ nõ ſemp mouebaṫ: manifeſtũ eſt ꝙ nõ ſe habebãt ſicut nũc poſſibilia hoc qdẽ mouere:illḋ aũt moueri:ſꝫ oportuit mutari alterꝫ illorꝫ. Neceẽ.n.i his q̃ ſũt ad aliqd hoc accidẽ: vt ſi nõ ẽ duplũ:nũc aũt ẽ:duplũ mutari: ſꝫ nõ vtrũqꝫ alterꝫ. Erit ḡ qdã prior mutatio prima.

⁋ Inducit ꝓbationẽ ad ꝓpoſitũ oñdẽdũ. Dicit ergo ꝙ ex quo ita eſt ꝙ ſimili mõ ſe hꝫ in his q̃ agũt ſm nãm ꝛ ſm intellectũ:poſſumꝰ vlr de oĩbus loquẽtes dicere:ꝙ q̃cũqꝫ ſunt poſſibilia facere aut pati aut mouere vel moueri[nõ penitus poſſibilia ſũt].i.nõ pñt mouere aut moueri in q̃cũqꝫ diſpõne ſe habeãt:ſed ꝑut ſe hñt in aliq̃ determinata habitudine ꝛ ꝓpinqtate adinuicẽ. Et h̃ ↄ̃cludit ex premiſſis: q2 iã dictũ eſt ꝙ tã in agẽtibꝰ ſm nãm q̃ꝫ in agẽtibus ſm volũtatẽ nõ eſt aliqd cã diuerſorꝫ niſi in aliq̃ alia habitudie ſe hñs:ꝛ ſic opꝫ ꝙ qñ appropinquãt adinuicez mouẽs ꝛ motũ ↄ̃uenienti ꝓpinqtate:ꝛ ſilr cũ ſunt in quacũqꝫ diſpõne q̃ reqriṫ ad hoc ꝙ vnũ moueat ꝛ aliud moueaṫ:neceſſe ſit hoc moueri ꝛ aliud mouere. Si ergo non ſemp erat motꝰ:manifeſtũ eſt ꝙ nõ ſe habebãt in iſta habitudie:vt tũc vnũ moueret ꝛ aliud moueretṫ:ſꝫ ſe hẽant ſicut nõ poſſibilia tũc mouere ꝛ moueri:poſtmodũ aũt ſe hñt in iſta habitudine:vt vnuꝫ moueat:ꝛ aliud moueaṫ. Ergo neceſſe eſt ꝙ alterũ eorũ muteṫ. Hoc.n.videmꝰ accidere in oĩbus que dicunṫ ad aliqd:ꝙ nunq̃ꝫ aduenit noua habitudo niſi per mutationẽ vtriuſqꝫ vel alterius. Sicut ſi aliqd cũ prius non eſſet duplũ nũc factũ eſt duplũ: ꝛ ſi non mutetur vtrũqꝫ extremorꝫ:ſaltẽ opꝫ ꝙ alterꝫ muteṫ. Et ſic ſi de nouo adueniat habitudo per quã aliḋ moueat ꝛ aliud moueatur:opꝫ vel vtrũqꝫ vel alterũ moueri prius. Et ſic ſequiṫ ꝙ ſit mutatio quedam prior mutatione que dicebatur eſſe prima. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Inſuper quonam modo prius:atqꝫ poſterius erit: ſi non ſit tempus:aut tempus ſi non ſit motus.

⁋ Adhuc autẽ prius ꝛ poſterius qḋo erunt tpe non exiſtente. Aut tempus niſi ſit motus. T.c.10.

⁋ Oſtẽdit propoſitũ rõne ſumpta ex pte tpis. Et pͥmo premittit duo que ſunt neceſſaria ad ſequentẽ probationez. Duorꝫ pͥmũ ẽ ꝙ prius ꝛ poſterius eẽ nõ poſſunt niſi tps ſit: cũ tps nil ſit aliud q̃ꝫ prius ꝛ poſterius ſm ꝙ ſunt numerata. Scḋꝫ eſt ꝙ tps nõ põt eſſe niſi ſit motus. Et h̃ ẽt pꝫ ex diffinitione tpis quãz ſupra in.4.poſuit dicens:ꝙ tps eſt numerus motus ſm prius ꝛ poſterius. ⁋ Scḋo ibi. Lec 17.1. c.101.

⁋ Qḋ ſi tps numerus motus:aut qdã ſit motus ſi tẽpus eſt ſemper:ꝛ motum perpetuum eſſe neceſſe eſt.

⁋ Si igitur tempus numerus motus: aut motus quidam: ſiquidem tẽpus ſemper eſt: ꝛ motum neceſſe eſt perpetuum eſſe.

⁋ Cõcludit quãdã cõditionalẽ ex his que in quarto dicta ſunt. Poſuit.n.ibi ſm ſuã ſniaz ꝙ tps eſt numerus motꝰ: Lec.17.1. c.101. ſm vo aliorꝫ philoſophorum ſentẽtiã. tempus eſt motus Lec.16.1. c.95. quidam:vt ibi dixit. Quodcũqꝫ aũt horum ſit verum:ſequitur hanc conditionalem eſſe verã.ſi tẽpus ſemper eſt: neceſſe eſt motum ſemper eſſe perpetuũ. ⁋ Tertio ibi.

⁋ At de tẽpore vniuerſi preter vnũ ↄ̃ſentire videnṫ. Oẽs enĩ tẽpus iquiũt igenitũ eẽ. Atqꝫ per hoc Democritus ipoſſibile eẽ demõſtrat oĩa eẽ facta:tẽpus enim dicit non eſſe ortum. Plato vo ſolus ipſum ortum eſſe ait:etenim vna cum celo dicit ipſum ortum fuiſſe:celũqꝫ factum aſſerit eſſe.

⁋ At vo de tpe extra vnũ ↄ̃corditer itelligi videntur oẽs. Ingenitũ enĩꝫ eẽ dicũt. Et pp hoc Democritus demõſtrat tanq̃ꝫ ipoſſibilia oĩa eẽ facta:impoſſibile enĩꝫ eſt tẽpus factũ eſſe. Plato aũt tempus generat ſolus. Simul enim cuꝫ celo factum eſſe:celum autem factum eſſe dicit.

⁋ Probat añs ꝑdicte cõditiõalis duplr. Pͥo qdẽ ſꝫ opiniões aliorꝫ:ꝛ diċ ꝙ oẽs philoſophi ꝑter vnũ.ſ.Platonez cõcorditer videnṫ ſentire de tpe ꝙ ſit[igenitũ].i.ꝙ non inceperit eẽ poſtq̃ꝫ prius nõ fuit. Vñ ꝛ democritus probat impoſſibile eẽ ꝙ oĩa ſint facta:quaſi de nouo iceperint:q2 impoſſibile eſt ſic tps eẽ factũ ꝙ de nouo iceperit. Sꝫ ſolus Plato[generat tps].i.dicit tps de nouo factũ. Diċ.n. Plato ꝙ tps eſt ſimul factũ cũ celo. Ponebat aũt celum eẽ factũ.i.hñe duratiõis pͥnm vt hic Ariſto. ei iponit ſm ꝙ eiꝰ vba ſuperficietenꝰ ſonare videnṫ. Quãuis Platõici dicãt Platonẽ ſic dixiſſe celũ eẽ factũ iquãtũ hꝫ pͥnm actiuũ ſui eẽ:nõ aũt ita ꝙ habeat duratiõis pͥncipiũ. Sic igitur ſolus Plato itellexiſſe videṫ ꝙ tps nõ põt eẽ ſine motu: q2 nõ poſuit tẽpus eſſe ante motuꝫ celi. ⁋ Secundo ibi.

⁋ Quod ſi impoſſibile quidem eſt tempus eſſe:ac intelligere ſine nunc ipſo. Nunc autem ipſum medium

⁊ quoddā principiū simul: finisq̃ subiens rōnem pn̄cipij qdē futuri: finis vo trāsacti: tēpus sit semper ꝑfecto necesse est. Ultimū nāqȝ tpis eius: qđ sumptū extremū est in aliquo ipsoꝝ nūc erit. Nihil enī in tpe preter nunc ipsum accipi potest. Quare cū ipsuȝ nūc principium sit: atqȝ finis: citra ipsum ac vltra: tps sit semper necesse est. At si tēpus semp eē necesse est: pȝ ⁊ motum necessario semper esse. Quippe cum tēpus affectus sit quidam ipsius motus: vt patuit.

T.c.11. ¶ Si igit̃ impossibile est esse ⁊ intelligere tēpus sine ipso nūc: nūc aūt est medietas q̃dā: ⁊ principiū ⁊ finē habēs simul: principiū aūt futuri tēporis: finē vo p̄teriti: necesse semp eē tps. Ultimum enīȝ finiti accepti tpis in aliquo ipsoꝝ nūc erit. Nihil enīȝ est accipere i tpe p̄ter nūc. Quare qm̄ est finis ⁊ principiū ipsuȝ nūc: necesse est ipsius in vtraqȝ parte semper esse tēpus. At vo si tēpus: manifestū est qꝛ necesse est ⁊ motū eē. Siquidem tempus est passio quedam motus.

¶ Probat idē per rōnē: qꝛ impossibile est ꝙ dicat̃ aut intelligat̃ tēpus eē absqȝ ipso nunc. sicut īpossibile est ꝙ sit linea sine pūcto. Nūc aūt est quoddā medium hn̄s de sui rōne ꝙ sit simul ⁊ p̄ncipiū ⁊ finis. Principiū qdē futuri tpis: finis aūt p̄teriti. Ex quo appet ꝙ necesse est semp eē tēpus. Quodcūqȝ.n. tps accipiat̃ eius extremuȝ est aliqđ nūc ex vtraqȝ pte. Et h̄ pȝ per hoc ꝙ nihil est accipere in actu de tpe nisi nūc: qꝛ qđ p̄teritū est iā abijt: qđ aūt futurū est nōdū est. Nūc aūt qđ accipit̃ in extremo tpis ē p̄ncipiū ⁊ finis. vt dictū est. Ergo necesse est ꝙ ex vtraqȝ pte cuiuscūqȝ tpis accepti semp sit tps. Aliogn p̄mū nūc nō esset finis: ⁊ vltimū nūc nō eēt p̄ncipiū. Ex hoc aūt ꝙ tēpus est sempiternū ꝯcludit ꝙ necesse est motū semp eē. Et rōnē ꝯsequētie assignāt: qꝛ tps est q̄dā ꝓprietas mot⁹: est.n. numerus eius. vt dictū est. Uidet̃ aūt ꝙ Aristo. rō

Obiectio T.c.1.4. c.2.li. nō sit efficax. Sic.n. se hȝ nūc ad tēpus sicut pūctū ad lineā: vt in.6. habitū est. Nō est aūt de rōne pūcti ꝙ sit mediū. Sed aliqđ pūctū est qđ est tm̄ p̄ncipium linee: aliqđ aūt qđ est tm̄ finis. Accideret aūt oē pūctū eē p̄ncipiū ⁊ finē inquātū est linee īfinite. Nō ergo posset ꝓbari ꝙ linea sit īfinita ex hoc ꝙ oē pūctū sit p̄ncipiū ⁊ finis. Sed potius ecōuerso ex hoc ꝙ linea est īfinita ꝓbādū esset ꝙ oē pūctū esset p̄ncipiū ⁊ finis. Sic ergo vr̄ ꝙ oē nūc esse principiū ⁊ finē nō sit vex: nisi ex eo ꝙ tēpus ponitur sempiternū. Uidet̃ ergo Aristo. in assumptione hui⁹ me-

Dictum Auer. dij supponere sempiternitatem tpis quā dȝ ꝓbare. Auer. aūt volēs saluare Aristo. rōnē dicit ꝙ nūc semp sit principiū ⁊ finis. Cōuenit.n. īquātū tps nō est stās sicut linea:

Improbatio. sed fluēs. Qđ manifestū est nihil ad ꝓpositū ptinere. Ex hoc.n. ꝙ tps est fluēs ⁊ nō stās sequit̃ ꝙ vnū nūc nō possit bis sumi: sicut bis sumit̃ vnū pūctū. Sed fluxus tpis nihil facit ad hoc ꝙ sit p̄ncipiū ⁊ finis simul. Eiusdē.n. rō

T.c.9°.1. c.60. vide Solu. D. Tho. nis est īceptio ⁊ terminatio in oībus cōtinuis: siue sit permanētia siue fluētia. vt ex sexto pȝ. ¶ Et ideo aliter dicēdū est sm̄ intētionē Aristo. ꝙ hoc ꝙ oē nunc sit p̄ncipiū ⁊ finis vult accipere ex eo qđ p̄mo supposuit. i. ꝙ p̄us ⁊ posteri⁹ nō sit: tpe nō existe: h̄.n. p̄ncipio supposito ad nihil aliud vsus est. Sȝ ex hoc ꝯcludit̃ ꝙ oē nūc sit p̄ncipiuȝ ⁊ finis. Dēt̃.n. ꝙ aliqđ nūc sit p̄ncipiū alicui⁹ tpis. Manifestū est aūt ex diffinitione p̄ncipij ꝙ p̄ncipiū tpis ē ante qđ nihil eius existit. Est ergo accipe aliqd ante vel p̄us q̄ ipsuȝ nūc qđ ponit̃ p̄ncipiū tpis. Prius aūt nō ē sine tpe: ergo nūc qđ ponit̃ p̄ncipiū tpis est ēt tpis finis. Et eodēȝ mō si ponat̃ nūc esse finis tpis: sequit̃ ꝙ sit ēt p̄ncipiū: qꝛ de rōne finis est ꝙ post ipsuȝ nihil sit eius. Posterius aūt nō est sine tēpore: sequit̃ ergo ꝙ nunc qđ ponitur finis sit etiam principium temporis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eadē erit rō: ⁊ qua motū corrūpi nō posse ꝓbabit̃. Nā vt si motus ortus eē dicat̃: sit vt p̄ma mutatiōe sit aliqua p̄or sic hic fiet: vt vltima mutatione posterior aliqua sit. Nō eni moueri desinet: ⁊ eē mobile simul: ceu cōburi: ⁊ cōbustibile eē. Esse nāqȝ cōbustibile pōt: ⁊ nō cōburi: nec itē desinet simul mutatiuū: ⁊ mouēs eē. Et ipsum aūt corruptibile corruptū fore oportebit: cū corrūpit̃ ⁊ post hoc rursus id qđ hui⁹ ē corruptiuū. Corruptio nāqȝ mutatio q̄dā est. Qđ si hec fieri non possunt: patet motum perpetuum esse.

¶ Eadē autē ratio est ⁊ de eo ꝙ incorruptibilis sit mot⁹: sic de fieri motū accidit priorē quādā esse mutationē p̄ria: sic hic posteriorē ē posteriori. Nō eni simul q̄escit qđ mouet̃: ⁊ qđ mobile T.c.12.
est: ⁊ qđ cōburit̃: ⁊ qđ cōbustibile. Cōtingit.n. T.c.13.
cōbustibile eē: qđ nō cōburit̃. Neqȝ motum ⁊ mouēs. Et corruptibile igit̃ indigebit corrūpi: cū corrūpat̃: ⁊ huiusmodi corruptiuū iteꝝ posterius. Corruptio eni mutatio q̄dā est. Si igit̃ hoc īpoīe: manifestū est ꝙ est ꝑpetuus motus.

¶ Ondit ꝙ motus semp sit futurus. Et ondit hoc ex pte motus. qꝛ rō supra ex pte motus accepta non cōcludebat nisi ꝙ motus nunq̄ incipiat: ratio vo sumpta ex parte tēporis ꝯcludebat vtrūqȝ: ⁊ ꝙ nunq̄ incepit: ⁊ ꝙ nunq̄ deficiat. Dicit ergo ꝙ eadē ratiōe pōt probari ꝙ motus sit incorruptibilis. i. ꝙ nunq̄ deficiat: per quaȝ ꝓbat̃ ꝙ motus nunq̄ incepit. Sicut.n. ex hoc ꝙ est motū incipere: sequitur ꝙ sit quedaȝ mutatio prior mutatione que ponit̃ prima: sic si ponatur ꝙ motus q̄nqȝ deficiat sequit̃ ꝙ sit aliqua mutatio posterior ea que ponit̃ postrema. Et q̄ro hoc sequat̃ manifestat abbreuiādo qđ supra diffusius dixerat circa īceptionē motus. Posuerat.n. ꝙ si motus incepit: aut mobilia aut mouentia inceperunt: aut semper fuerunt. Et similis diuisio posset hic fieri: qꝛ si mot⁹ deficiat: aut mobilia ⁊ mouentia remanebunt aut nō. Sȝ qꝛ similiter ostēderat ꝙ idē sequit̃ sm̄ vtrūqȝ: ideo hic non vtitur nisi altera via. i. ꝙ ponatur sic motus deficere ꝙ mobilia ⁊ mouētia deficiant. Hoc ergo supposito dicit ꝙ nō simul q̄escit. i. deficit motus in actu: ⁊ ipsuȝ mobile. Sed sicut prior est generatio mobilis q̄ motus eius: ita posterior est corruptio mobilis q̄ cessatio motus. Qđ sic pȝ. qꝛ contingit ꝙ remaneat aliqd cōbustibile postq̄ desinit cōburi. Et sicͣ dictū est de mobili: ita dicēduȝ est de motiuo: qꝛ nō simul desinit esse mouēs in actu: ⁊ esse motiuum in potētia. Sic igit̃ pȝ ꝙ si etiā ipsuȝ mobile corrūpit̃ post cessationē motus: necessariū erit eē quādā corruptionem ipsi⁹ mobilis. Et iteꝝ qꝛ oīa mouētia ⁊ mota desinūt: necessariū erit posterius ꝙ etiā ipsuȝ corruptiuū corrūpat̃. Cum ergo corruptio sit mutatio quedā: sequet̃ ꝙ post vltimā mutationē sint alique mutationes. Cuȝ ergo hoc sit impossibile sequit̃ ꝙ motus in ꝑpetuū duret. ¶ He igit̃ rōnes sunt ex q̄bus Aristo. probare intēdit motū semper fuisse ⁊ nunq̄ deficere. Qđ qdē quātū ad vnā ptem fidei nostre repugnat. i. ꝙ ponat̃ motus semp fuisse. Nihil enī sm̄ fidem nostram ponitur semper fuisse nisi solus deus: qui est oīno imobilis. Nisi forte qs ipsum diuinū intelligere velit nominare motū: qđ equiuoce intelligeretur. Nō enim de tali motu Aristo. hic intelligit: sed de motu pro-

pale

Lec. i. S. Tho. ptra Comēta torem ca. i. co. i.

ptie dicto. Quātū vo ad aliā partē nō oīno est ɔtrīū fidei: qꝛ vt supra dictū est: nō agit Aristo. de motu celi. ſꝫ vlr de motu. Ponimus aūt ſm fidē nostrā substātiam mūdi sic quādoqꝫ icepisse ꝙ tñ nunq̃ desinat esse. Ponimus etiaꝫ ꝙ aliq̄ motus semꝑ erūt: presertiꝫ in hoībus qui semꝑ remanebūt icorruptibilē vitā agētes vel miserā vel beatā.

Opinio. ¶ Quidā vo frustra conātes Aristo. ondere nō ɔ̄ fidem locutū eē: dixerūt ꝙ Arist. nō itēdit hic ꝓbare quasi verū ꝙ motus sit ꝑpetuus: sꝫ iducere rōnē ad vtrāqꝫ ptē quasi ad rē dubiā.

Infra. Qđ ex ipso mō ꝓcedēdi friuolū appet. Et ꝓterea ꝑpetuitate tpis ꝛ motus q̄si ꝑncipio vtit ad ꝓbandū ꝑmū ꝑncipiū eē: ꝛ in. 8. ꝛ. 12. meta. Vñ manifestū est ꝙ supponit h̄ tanq̄ ꝓbatū.

Phy. le. 13 ꝛ vltima Phi°. 12. c. 5 Solutio. S. Tho. tres rationes quas Aristoteles probare intēdebat sempiternitatē motus.

¶ Sed si qs recte rōnes hic positas ɔsideret huiꝰ rōnibꝰ veritas fidei efficaciter impugnari nō pōt. Sūt. n. huiꝰ rōnes efficaces ad ꝓbādū ꝙ motus nō iceperit per viā nāe: sicut ab aliq̄bus ponebat. Sed ꝙ nō iceperit quasi rebus de nouo ꝓductis a primo rer̄ ꝑncipio: vt fides nr̄a ponit: hoc his rōnibus ꝓbari nō pōt. Qđ pꝫ singulas illatiōes hic positas ɔsiderāti. Cū. n. querit si motus nō fuit vel rer̄ mouētia ꝛ mobilia semꝑ fuerūt vel nō. Rñdēdū est ꝙ ꝑmū mouēs semꝑ fuit: oia vo alia siue sint mouētia siue mobilia nō semꝑ fuerunt: sꝫ inceperunt esse a cā vli totius esse. Ostēsum est aūt supra ꝙ productio totius eē a cā ꝑma essendi nō est motꝰ: siue ponat ꝙ hec rer̄ emanatio sit ab eterno: siue nō. Sic ḡ non sequit ꝙ ante ꝑmā mutationē sit aliq̄ mutatio. Seq̄ret aūt si mouētia ꝛ mobilia essent de nouo ꝓducta in esse ab aliquo agēte ꝑticulari: qđ ageret aliquo subiecto ꝑsupposito: qđ trāsmutaret de nō eē siue de ꝑuatiōe ad formaꝫ. De hoc. n. modo icipiēdi ꝓcedit rō Aristo. ¶ Sed qꝛ ponimus saltē ꝑmā motorē semꝑ fuisse. Respōdēdū restat sequēti eius deductiōi qua ɔcludit ꝙ si ꝑexistētibus mouentibus ꝛ mobilibus icipiat de nouo esse motus: opꝫ ꝙ mouētia vel mobilia ꝑus nō essent in hac dispōne in qua sunt dū est motus. Et sic opꝫ ꝙ ꝑmā mutationem ꝑcedat aliq̄ mutatio. ¶ Et siq̄dē de ipso motu loquamur: facilis est rñsio. Nō. n. mobilia ꝑus erāt in hac dispōne in q̄ nūc sunt: qꝛ ꝑus nō erāt: vñ moueri nō poterāt. Sed sic dictū est: ipsuꝫ eē nō acq̄sierūt per mutationē vel motū: sed ꝑ emanationē a ꝑmo rer̄ ꝑncipio. Et sic nō sequit ꝙ añ ꝑmā mutationē sit aliq̄ mutatio. ¶ Sed vlteriꝰ remanet qđ de ꝑma rer̄ ꝓductiōe. Si. n. ꝑmū ꝑncipiū qđ est deus nō aliter se hꝫ nūc q̄ꝫ ꝑus: nō magis nūc res ꝓducit q̄ꝫ ꝑus. Si vo aliter se hꝫ: saltē mutatio que est ex pte eiꝰ erit prior mutatione q̄ ponit prima. ¶ Et q̄dē si eēt agēs per nām tñ: ꝛ nō per volūtatē ꝛ itellectū: ex necessitate ɔcluderet rō. Sed qꝛ agit ꝑ volūtatē: pōt per volūtatē eternā producere effectū nō eternū: sicut itellectu eterno pōt intelligere rē nō eternā. Res. n. itellecta est quodāmō ꝑncipiū actōis in agētibus per volūtatē: sicut forma nālis in agētibus per nām. ¶ Sed adhuc magis istat. Non. n. videmus ꝙ volūtas postponat facere qđ vult nisi ꝑꝑ hoc ꝙ aliq̄d expectat in futuꝝ qđ nōdū est in pñti. Sicut si volo facere ignē: nō nūc sed postea: expectat in futurum frigus: cuiꝰ cā facio ignē: vel ad minꝰ expectat ꝑtitia tpis. Qđ aūt tps succedat post tps hoc nō est absqꝫ motu. Non ergo pōt eē ꝙ voluntas ēt si ponat imutabilis postponat facere id qđ vult nisi aliquo motu iteruenięte. Et sic non pōt eē ꝙ noua ꝓductio rerū ꝓueniat a volūtate eterna: nisi mediātibus motibus succedentibus sibi in ifinitum. ¶ Latet aūt sic obyciētes ꝙ hec obiectio ꝓcedit de agēte in tpe: qđ. s. agit tpe ꝑsupposito. In huiꝰ. n. actione que fit in tpe: opꝫ ɔsiderare aliquā determinatā hitudineꝫ ad hoc tps: vel ad aliq̄d cor̄ que sunt in hoc tpe: vt fiat magis in hoc tpe q̄ꝫ in alio. Sed hec rō locū nō hꝫ in agente vli qđ ꝛ ipsum tps simul cū ceteris ꝓducit. Cū. n. dicimꝰ res nō semꝑ fuisse a deo ꝓductas: nō itelligimus ꝙ ifinitū tps ꝑcesserit in quo deus ab agēdo cessauerit: ꝛ postmodum tpe determiato agere ceperit: sꝫ ꝙ deus tps ꝛ res sil' in eē ꝓduxerit postq̄ꝫ nō fuerāt. Et sic nō restat in diuina volūtate ɔsiderādū ꝙ voluerit facere res nō tūc sed postea: q̄si tpe iā existēte: sed ɔsiderādū solū est h̄ ꝙ voluit ꝙ res ꝛ tps duratiōis ear̄ iceperint eē postq̄ꝫ nō fuerant. ¶ Si aūt queraf quare hoc voluit. Sine dubio dicendū ꝙ ꝑꝑ seipsum. Sicut. n. ꝓpter seipsum res fecit vt in eis sue bonitatis similitudo manifestaret: ita voluit eas non semꝑ eē: vt sua sufficiētia manifestaret in h̄ ꝙ oībus alys nō existētibus ipse in seipso oēm sufficiētiā beatitudinis habuit ꝛ virtutis ad rer̄ ꝓductionē. Et hoc q̄dē dici potest quātū humana rō capere pōt de diuinis: saluo tñ secreto diuie sapiētie: qđ a nobis cōprehēdi nō pōt.

Prio ce/li in fi. idē

¶ Quia igit huius rōnis solutio procedit supponēdo ꝙ tps nō fuerit semꝑ: restat soluere rōnē per quā ostēdi vr tps semꝑ fuisse. Et iō forte Aristo. post rōnē de motu posuit rōnem de tpe: qꝛ ɔsiderauit ꝙ ꝑmissa rō de motu efficaciā nō haberet nisi poneret tps eternū. Qđ ergo ponit ꝙ q̄cūqꝫ est tps necesse est ponere aliqđ nūc eē: indubitāter ɔcedēdū est. Nūc aūt oē esse ꝑncipiū ꝛ finē tpis ɔcedi nō opꝫ: nisi ponat ēt motū semꝑ eē. vt. s. sic ꝙ quodlibet indiuisibile in motu acceptū qđ momētū dr̄ sit ꝑncipiū ꝛ finis motꝰ. Sic. n. hꝫ se nūc ad momētū: sicut tps ad motū. Si ergo ponimus motū nō semꝑ fuisse: sed est accipere aliqđ ꝑm̄ indiuisibile in motu ante qđ nihil fuit motꝰ: erit ēt accipere aliqđ nūc in tpe añ qđ nō fuit aliqđ tps. Iā aūt ostēdimus exponēdo litterā: ꝙ id qđ Auer. dicit ad hāc rōnē cōfirmādā efficaciā nō hꝫ. Sed nec illud qđ Aristo. ad h̄ ponit. s. ꝙ ꝑus ꝛ posterius nō sunt sine tpe efficax eē pōt. Cū. n. dicimꝰ ꝙ ꝑncipiū tpis est añ qđ nihil eius est: nō ꝑꝑ hoc opꝫ ꝙ ipsuꝫ nūc qđ est ꝑncipiū tpis ꝑcedat tps: qđ significat cū dr̄ añ. Sicut si in magnitudie dicā ꝙ ꝑncipiū magnitudinis est extra qđ nihil est eiꝰ: nō opꝫ ꝙ extra illud ꝑncipiū significet aliquē locū in rer̄ nā existēteꝫ: sed imaginabilē tñ. Alioqn esset ponere locū extra celū cuiꝰ est magnitudo finita hñs ꝑncipiū ꝛ finē. Silr ēt ꝛ ꝑmum nūc qđ est ꝑncipiū tpis nō ꝑcedit tps in rer̄ nā exñs: sed ſm imaginationē nr̄am tñ. Et hoc tps designat cū dr̄ ꝙ primū nunc est ꝑncipiū tpis añ qđ nihil est tpis. Vel pōt dici ꝙ cū dr̄ ꝑncipiū tpis est añ qđ nihil est tpis: li añ non remanet affirmatum: sed negat. Et sic nō opꝫ ponere tps ante ꝑncipiū tpis. In his. n. q̄ sunt in tpe accidit ꝙ eorum principio tps aliqđ ꝑexistat. Sicut cū dr̄ ꝙ ꝑncipiū iuuētutis est añ qđ nihil est de iuuētute: pōt itelligi añ etiam affirmatiue: qꝛ iuuētus tpe mēsurat: tps aūt nō mēsurat tpe. vñ eius ꝑncipio tps nō ꝑexistit: ꝛ sic li añ qđ ponit in diffinitiōe ꝑncipy tpis: non opꝫ ꝙ remaneat affirmatuꝫ. sed negat. Est aūt añ tps aliq̄ duratio. s. eternitas dei que nō hꝫ extēsionē aut ꝑus ꝛ posteriꝰ sicͭ tps: sꝫ ē tota simul: ꝛ nō est eiusdē rōnis cū tpe: sicͭ nec magnitudo diuina cum magnitudie corꝑali. Sicut ḡ cū dicimꝰ extra mūdū non eē nisi deū: nō ponimꝰ aliquā dimēsionē extra mūdū: ita cū dicimꝰ añ mūdū nihil fuisse: nō ponimꝰ aliquā successiuā durationē ante mūdum.

Similis sol. supra 4. l. c. 135.

LEC. III.

¶ Et non aliquando esse: aliquando non esse. Eteniꝫ ita dicere potius simile est figmento.

Sed non aliquando quidem erat: aliquando autem non. Et nāqꝫ assimilatur sic dicere figmento magis.

Postq̄ꝫ ꝑhs posuit rōnes ad ondēdū motū semꝑ eē: hic ponit rōnes ɔ̄ Anaxa. ꝛ Empedo. qui cōtrariū ponebāt. Et circa h̄ duo fac. Prio ponit rōnē ɔ̄

⁊ in quibuſdam eſſe ſic. ¶ Autem ⁊ ſm equalia tempora: indiget aliqua ratione.

¶ Oſtēdit ꝙ nec ēt Empedo. ꝯuenit ꝑdicta rō. Et pˀmo oſtēdit ꝓpoſitū. Scdo excludit quādā falſaȝ exiſtimationē. ibi ¶ Oino. n. exiſtimare ⁊c.] Dic̄ ḡ pˀrio ꝙ ēt ꝗ hoc dicit ꝙ Empedo. dixit: nō opȝ ꝙ ſolū affirmet qδ dicit: ſȝ ēt ꝙ aſſignet cām ſui dicti: ⁊ ꝙ nihil ex ſe apponat vltra id qδ cā aſſignata reqrit: neqȝ ēt aliqd velit accipe vt dignitatē. i. vt pˀncipiū abſqȝ rōne. Sȝ opȝ ꝙ adducat ad manifeſtationē eiꝰ qδ accepit q̄ſi pˀncipiū: aut īductionē: ſicut in pˀncipijs nālibus q̄ ex ſenſibiliū experimēto accipiunt̄: aut demōſtrationē: ſic̄ in pˀncipijs q̄ per pˀncipia pˀora demōſtrātur. Sȝ h̄ Empedo. nō ſeruat. Eſto. n. ꝙ ipe ponat amicitiā ⁊ litē eē cās: tn̄ nō ē de rōne amicitie vl̄ inimicitie ꝙ vnū eoꝝ poſt alteꝝ moueat. Non eſt. n. de rōne amicitie ꝙ in inimicitiā ꝯuertat̄: nec ecōuerſo. ſȝ de rōne amicitie ē ꝙ cōgreget: de rōne vͦo inimicitie ē ꝙ diſgreget. Sȝ ſi vlterius determinet̄ ꝙ in q̄dā pˀte tpˀis hec cōgreget: ⁊ iterū in quadā pˀte tpˀis illa diſgreget: ē vlterius manifeſtādū in aliqbꝰ pˀticularibꝰ in qbꝰ h̄ ꝯtingat. Sic̄ ꝙ amicitia cōgreget. ⁊ inimicitia diſgreget: manifeſtat̄ in hominibꝰ: qꝛ amicitia holes adunant̄ adinuicē: inimicitia vͦo fugiūt ab inuicē. ⁊ iō h̄ ab Empe. ſupponit̄ eē i toto vniuerſo: qꝛ vī eē in aliqbꝰ ſic. Sȝ ꝙ ſȝ eq̄lia tpˀa moueāt ſucceſſiue amicitia ⁊ inimicitia: h̄ idiget aliqua ratione manifeſtāte: nō enim videt̄ hoc in hominibus cōtingere. ¶ Secūdo ibi.

¶ Oino aūt hoc pˀncipiū ſufficiēs eē putare: ſemꝑ ita eē ſic: aut fieri: nō recte ſeſe hȝ: ad qδ Democritꝰ cās nāles reducit: ſic ingens: ⁊ pˀus fiebat. Ipſiꝰ autē ſemꝑ nō q̄rere pˀncipiū cēſet. In qbuſdā hoc recte dicēs: ſ oībꝰ aūt nō recte. Eteni triāgulus ſuos angulos duobꝰ rectis ſemꝑ eq̄les hȝ. Attn̄ eternitatis huius ē alia cā. Pˀncipioꝝ tn̄: q̄ qdē ſunt ꝑpetua nō eſt alia cā. Tot igit̄ a nobis ſint dicta: qbꝰ iā pȝ nullum vnq̄ fuiſſe: vel fore tpˀs: q̄n nō erat: aut nō erit tpˀs.

Idē in. 2. lib. de generatione. ¶ Oino. n. exiſtimare principiū hoc eē ſufficiēs qδ ſemꝑ aut ē ſic: aut fit: nō recte ſe hȝ opinari. In quo Democritus reducit de nā cās ꝙ ſic: ⁊ qδ pˀꝰ factū ē. Ipſiꝰ aūt ſemꝑ noluit principiū

τὸ· τ(ρ)ί γωνον ἡ. triangulare. querere: in qbuſdaȝ dicēs recte: qδ aūt in oibus nō recte. Et. n. trigonū ſemꝑ hȝ duobꝰ rectis eq̄les angulos: ſȝ tn̄ eſt ꝑpetuitatis huiꝰ altera cā. Principioꝝ igit̄ nō eſt altera cauſa: ſed ꝑpetua

T. c. 16. ſunt. ¶ Qδ qdē igit̄ nullū tēpus erit: neqȝ erat: quādo motus nō erit: ſiue nō erat: tāta dicta ſūt.

¶ Excludit quādā falſaȝ exiſtimationē. Poſſet. n. aliquis credere ꝙ qcq̄d ſemꝑ eſt nō hȝ cām: ꝑꝑ h̄ ꝙ videmꝰ ea q̄ apud nos cauſant̄: de nouo icipe: ⁊ iō videbat̄ aliqbus ꝙ q̄n reducebat̄ aliq̄ qδ in aliqd qδ eſt ſemꝑ: nō oporteret vlteriꝰ cām ſeu rōnē q̄rere. Sic ḡ poſſet Empe. dicere ꝙ amicitia ⁊ lis ſemꝑ ſm eq̄lia tpˀa mouerūt: ⁊ iō nō eſt q̄rēda huiꝰ alia rō. Hoc ḡ Ar. remouet dicēs ꝙ nō recte ſe hȝ opinari ꝙ aliqd exiſtimet̄ eſſe pˀncipiū ꝑꝑ h̄ ꝙ ſemꝑ aut ſic eſt: aut ſic fit. Ad h̄. n. Democritꝰ reducebat oēs cās nāles aſſignās pˀncipiū his q̄ de nouo fiūt. ſȝ eiꝰ qδ eſt ſemꝑ nolebat aliqδ pˀncipiū q̄rere. Qδ qdē in aliqbꝰ recte dr̄: ſȝ nō in oībus. Manifeſtū eſt. n. ꝙ triāgulus ſemꝑ hȝ tres angulos eq̄les duobꝰ rectis. Sȝ tn̄ huiꝰ ꝑpetue paſſiōis ē

Lec. 2. 8. c. 4. altera cā. Sȝ aliq̄ ꝑpetua ſūt ſic̄ pˀncipia quoꝝ nō eſt alia cā. ¶ Eſt aūt valde notādū qδ hic dr̄: qꝛ vt in ſcdo metā. habet̄: eadē ē diſpō reꝝ in eē ⁊ in vītate. Sicut igit̄ aliq̄ ſunt ſemꝑ vēa ⁊ tn̄ hn̄t cām ſue vītatis: ita Ariſtoteles intellexit ꝙ eēnt aliq̄ ſemꝑ entia. ſ. corpa celeſtia ⁊ ſubſtātie ſeꝑate: ⁊ tn̄ haberēt cām ſui eē. Ex quo pȝ ꝙ q̄uis Ariſtote. poneret mūdū eternū: nō tn̄ credidit ꝙ deus nō ſit cauſa eſſendi ipſi mūdo: ſed cauſa motus eius tm̄: vt quidam dixerūt. Ultimo aūt cōcludit pˀncipale propoſitum epilogando: ⁊ dicit tanta dicta eſſe de hoc ꝙ nullus tempus erit in futuro: neqȝ erat in preterito: in quo aliqs motus non ſit.

LEC. IIII.

¶ Ea vͦo q̄ ſunt hiſce ꝯtrā nō eſt difficile ſoluere: naȝ ex hiſce videbit̄ poſſe maxie motū eē ortum: ⁊ antea nunq̄ fuiſſe. Pˀimo: qꝛ nulla mutatio ꝑpetua eſt: oīs nāqȝ mutatio ſuapte natura e quopiā ad quippiam eſt. Quare mutationis omnis finis ſint ea contraria: inter que ſit: ⁊ nihil in infinitum moueat̄ neceſſe eſt.

Contraria aūt his nō difficile ē ſoluē. Uidebit̄ aūt ex huiuſmodi ꝯſiderātibus ꝯtingere maxie motū eē aliqn̄ cū nō eſt oino. Pˀimū qdeȝ qꝛ neqȝ vna perpetua mutatio eſt. Mutatio enim omnis apta nata eſt ex quodam in quiddā. Quare neceſſe eſt omnis mutationis terminum eſſe contraria i quibus fit. In īfinitū aūt moueri nullū.

Poſtq̄ Phs poſuit rōnes ad ꝓbandū motū ſemꝑ eē: hic itēdit ſoluere ea q̄ in ꝯtrā obijci pñt. Et circa h̄ duo fac̄. Pˀrio ponit rōnes. Scdo ſoluit eas. ibi [Hoꝝ aūt pˀmū.] Circa pͫ ponit tres rōnes pˀmittēs ſuaȝ intētionē: ⁊ dic̄ ꝙ ea q̄ in ꝯtrā obijci pñt nō ē difficile ſoluere. Ex tribꝰ. n. rōnibꝰ vī maxie ſeq ꝙ motꝰ aliqn̄ icipiat eē cū pˀus oino nō fuerit. Quaꝝ pˀma ē qua ſupra ꝓbauit in. 6. ꝙ nulla mutatio eſt infinita. Eadē enim rōne ꝓbari pōt ꝙ nulla mutatio ſit ꝑpetua. Nulla. n. mutatio terminata ē ꝑpetua ſic̄ nec īfinita: ſed oīs mutatio ē termiata. oīs. n. mutatio nāliter ē ex quodā in qddā. ⁊ iſta duo ſunt ꝯtrā: vn̄ neceſſe ē ꝙ terminꝰ cuiuſlibet mutatiōis ſint ipa ꝯtrā in qbus fit tranſmutatio. Sȝ qꝛ nō in oī motu locali manifeſta eſt ꝯtrietas termioꝝ. ſubiūgit ꝙ eſt cōe oī motui ꝙ nihil mouet̄ in īfinitū. qꝛ nihil mouet̄ ad id ad qδ pertingere nō pōt: vt in. 6. dictū eſt. Sic ergo pȝ ꝙ nulla mutatio eſt ꝑpetua. Uidet̄ ēt poſſibile dare tēpus in quo nulla mutatio ſit. Et hec pˀma rō accepta eſt ex pˀte motꝰ.

Lec. vltima. 1. c. 91 — Lec. vltima. 1. c. 93

¶ Secūda ratio accipit̄ ex parte mobilis quā ponit ibi.

¶ Deinde videmus id poſſe moueri: qδ neqȝ mouet̄: neqȝ motū in ſe vllū hȝ. Qδ intueri licet in exptibus aie: quoꝝ neqȝ ps vlla: neqȝ totū mouet̄. Sed qeſcētia aliqn̄ mouent̄. At oportebat aut ſemꝑ: aut nunq̄ moueri: ſi non oritur pˀimo motus: ſed ſemper erat.

¶ Amplius videmus qm̄ poſſibile ē moueri: neqȝ qδ mouet̄: neqȝ habēs in ſeipſo: neqȝ vnum motū: vt in inanimatis: quoꝝ neqȝ ps vlla neqȝ totum mouetur: ſed quieſcens mouetur qn̄qȝ. Conuenit autē aut ſemper moueri: aut nequaq̄: ſiquidem non fit: cum non ſit exiſtens. T. c. 17.

¶ Que talis eſt. Si motꝰ nō pōt fieri de nouo cū pˀus non eēt: vī eē ꝯueniēs dicere de vnoquoqȝ qδ vel ſemꝑ moueat̄ vel nequaq̄ moueat̄: qꝛ ſi i vno mobili pōt qn̄qȝ motus eē ⁊ qn̄qȝ nō eē: pari rōne in toto vniuerſo. Sȝ videmus ꝙ poſſibile eſt aliqd moueri qδ pˀus nō mouebat̄ ſȝ totū: neqȝ aliquē motū in ſeipſo habebat ſm aliquaȝ ſui partē: ſicut apparet in rebꝰ inanimatis in qbus aliqδ mobile quādoqȝ moueri icipit cū antea nulla pars eius moueret̄ neqȝ ipſum totum: ſed omnino quieſceret. Relin-

quitur ergo q̄ in toto vniuerso potest eē motus cū prius non fuerit. Sed q2 in rebus inanimatis lȝ appareat motus in aliquo de nouo incipere nullo motu preexistēte in illo eodē: apparet tñ motus pexistens in aliquo exteriorī a quo mouetur. Jō tertiā rationem ponit ex parte aialiū que non mouentur ab extrinseco: sed a seipsis. ꝛ hoc ibi.

¶ Multo aūt magis hoc in ipsis animātibus pȝ. nullus enim interdū in nobis est motus: sed qescimus: ꝛ tñ aliquādo mouemur: ꝛ fit in nobis a nobisipsis p̄ncipiū motus: ēt si nihil prorsus extrinsecus mouerit. Hoc enī exꝑtib⁹ aīe fieri simil'r nō videmus: sȝ semꝑ aliqd aliud coꝝ: que sunt extra ipsa nimiruȝ mouet. Animal aūt ipsum dicimus seipsuȝ mouere. Quare si aliquādo oīno qescat. Fiet in ipso sane imobili motus a seipso: ꝛ nō ab vllo externo. Qđ si id in aiali fieri pōt: qd ꝓhibet vt in vniuerso etiā idem fiat: nam si in paruo fit mundo: ꝛ in magno etiam fiet: ꝛ si in isto: ꝛ in infinito etiam fiet: si modo fieri possit: vt infinitum totum moueatur: atqȝ quiescat.

¶ Multo aūt magis huiusmodi eē in animatis manifestū est. Neqȝ vnus quidē in nobis cuȝ sit motus aliquādo: sed qescētes: tamē mouemur aliqnādo: ꝛ si nihil extra moueat. Hoc enim in inanimatis eē nō videmus similiter: sed semper mouet ipsa aliqd exteriorū alteꝝ. Aliquādo aūt animal dicimus ipsum se mouere. Quare si qdē quiescit aliquādo penitus: in imobile mot⁹ vtiqȝ fiet ex ipso ꝛ nō ab extra. Si autē in animali hoc possibile fieri: quid prohibet idem accidere ꝛ ꝑm omne. Si nāqȝ in paruo mundo fit: ꝛ in magno. Et si in mundo: ꝛ in infinito: si quidem cōtingit moueri infinitum ꝛ quiescere totum.

¶ Et dicit q̄ incipere motū cū prius non esset multo magis est manifestum in rebus aīatis q̄ꝫ inanimatis. Cuȝ. n. nos qeuerimus aliqn̄ nullo motu in nobis existēte: aliqn̄ moueri incipimus: ꝛ est ex nobis ipsis principium nostri motus etiā si nihil extrinsecū moueat. Qđ quidē in reb⁹ inaīatis nō ꝯtingit: sed semꝑ aliqd extrinsecū mouet ipsa: vel generās vel remouēs prohibēs: vel violētiā inferens. Ex quo sequitur q̄ si aīal quandoqȝ totaliter quiescat: q̄ in aliquo imobili incipiat esse motus cū prius nō fuerit: nō ex aliquo extrinseco mouēte: sȝ ab ipsomet qđ mouet. Et si hoc potest eē in aīali: nihil prohibere videt̄ q̄n idē accidat in vniuerso. Habet enim aīal ꝛ maxime homo similitudinē quandā cū mundo. Unde dicitur a quibusdā q̄ homo sit paruus mūdus. Et sic si in paruo mūdo icipit motus cū prius nō fuerit: videt̄ q̄ etiā in magno mundo idē possit ꝯtingere. Et si hoc ꝯtingit in mūdo: pōt ēt ꝯtingere in toto infinito: quod quidam posuerunt extra mundum. Si tamen sit aliquod infinitum qđ possit quiescere ꝛ moueri. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hoꝝ igit̄ id: qđ p̄mo ē dictū: eū inqȝ nō eūdē semꝑ vnūqȝ nūero motū eē quo ad opposita itur: recte ad modū dī. Hoc. n. fortasse necessariū ē: si fieri neqat: vt semꝑ bis vnus: idēqȝ sit mot⁹: q̄ vnius: eiusdēqȝ mobilis est. Dico aūt vtrū vnus: idēqȝ sit sonus vni⁹ chorde: q̄ sil'r sese hȝ: atqȝ mouet̄: an ali⁹: atqȝ alius semꝑ. Uerūtñ vtrouis mō id sese hēat: nihil obstat: vt hoc mot⁹ aliqs idē sit: quo ꝯtinu⁹: atqȝ ꝑpetu⁹ ē. Atqȝ hoc per ea que posteri⁹ dicent̄ magis patebit.

¶ Horū aūt primū quidē qđ dictū est: nō eundeȝ semper ꝛ vnū numero esse motū qui est in ꝯria recte dicit̄. Hoc enī fortassis quidē necessarium est: si qdē nō semꝑ vnū ꝛ eūdem eē possibile est eiusdē ꝛ vnius motū. Dico aūt: sicut vtrū vn⁹ chorde vn⁹ ꝛ idē son⁹: aut semꝑ alter sil'r se habēte ꝛ mouēte. Sȝ tñ q̄litercūqȝ se hȝ: nihil ꝓhibet ꝛ quēdā eūdē eē: q̄ ꝑpetuus ꝛ ꝯtinuus est. T.c.18.

¶ Māifestū vtiqȝ erit magis ex his q̄ posteri⁹. T.c.19.

¶ Soluit per ordinē ratiōes premissas. In solutione ergo prime rationis dicit q̄ istud recte dī. q̄ motus qui est inter contraria non potest semꝑ durare vnus ꝛ idē numero: q2 forte hoc est necessariū vt infra ꝓbabit̄. Et ideo ponit sub dubitatione: q2 nondū erat ꝓbatū. Sed q2 posset aliquis dicere q̄ etiā motus qui est in contraria potest esse semꝑ vnus numero ꝑpter idētitatē mobilis qđ iterato de contrario in ꝯtrariū mouet̄. Sicut si prius mouebat̄ de albo in nigrū: postea mouet̄ de nigro in albuȝ: ꝛ sic semꝑ. Jō subiūgit q̄ nō est possibile q̄ semper motus qui est vni⁹ ꝛ eiusdē mobilis per reiterationē sit vnus ꝛ idē. Et h̄ manifestat per exēplū. Ponat̄ eniȝ q̄ chorda cithare simil'r se habeat: ꝛ mouēs qui pcutit chordā similiter se habeat in mouendo. Potest esse dubitatio vtꝝ vnius chorde bis percusse sit vnus ꝛ idē motus ꝛ sonus: aut similiter alius ꝛ alius. Sed tamē q̄cquid sit de alijs mobilibus: nihil tñ prohibet quin aliqs motus qui nō est inter contraria sicut circularis motus: idē semꝑ maneat cōtinuus ꝛ ꝑpetuus: qđ magis ex sequentibus erit manifestū. Lȝ ergo omnis motus sit finitus ꝯm terminos: tamē per reiterationē aliquis motus pōt eē ꝯtinuus ꝛ perpetuus. ¶ Secūdo ibi. Lec.15.& totum

¶ Moueri aūt q̄ppiā: qđ p̄us nō mouebat̄ nō ē absurdū: si nūc adsit: nūc nō adsit id extremū: qđ illud mouet. Hoc tñ q̄rendū est. Quonā sit pacto idē inqȝ ab eodem motiuo nunc moueri: nunc nō moueri. Nihil enim aliud dubitat: qui id dicit: q̄ꝫ cur non semper alie rerum quiescunt: alie mouentur.

¶ Moueri aūt qđ nō mouetur: nullū icōueniēs est: si aliquādo quidem sit extrinsecus mouēs: aliquando autem non. Nihil eniȝ aliud dubitat hoc dicēs: quapropter nō semper alia quidē qescunt eorum que sunt: alia ꝟo mouentur.

¶ Soluit scđam rōnē ꝛ dicit q̄ nullū incōueniēs est si aliquid inanimatū icipiat moueri cū prius nō moueretur: si hoc accidat ꝑpter hoc q̄ mouēs extrinsecus aliqn̄ sit p̄ns: aliqn̄ nō. Manifestū. n. est q̄ opȝ p̄existere motuȝ ex parte mouentis qđ aliqn̄ fit prope cū prius nō esset. Sed istud videt̄ esse inquirendum quasi dubium. s. si existente mouēte: idē ab eodē q̄nqȝ mouet̄: ꝛ q̄nqȝ nō. Hoc enī supra dixit nō posse accidere nisi p̄cedēte mutatione vel ex parte mobilis vel ex parte mouentis. ꝛ sic semper preexistit motus: siue p̄existat mouēs: siue nō. Jdeo aūt hoc videt̄ querēdū: q2 ille qui hanc rationem induxit de nullo alio videtur dubitare q̄ꝫ propter quid quiescentia nō semper quiescunt: ꝛ mobilia non semper mouētur. ¶ Tertio ibi. Lec.2.& c.4.

¶ Marie ꝟo tertiā illā dubitationē hic videbit̄: ꝑpterea q̄ fit motus nullo alio p̄cedēte: id inqȝ ipm: qđ in animātib⁹ fieri solet. Nā aīal p̄us qescēs: postea mouet̄: ac ambulat: a nullo (vt videt̄) externo motu impresso. Hoc aūt ē falsuȝ. Cernim⁹ enī semꝑ aliqd coꝝ: q̄ nā īsunt in aīali moueri. Huius autē motus cā nō animal est: sed ipsuȝ fortasse continēs. At animal

ipsum

ipsum seipsum mouere dicimus: non omni motu. sed eo: qui ad locum accõmodatur. nihil igitur prohibet: quin potius fortasse necessariũ est: cõplures a ↄtinẽti in corpore fieri motiones: ꝛ harũ nõnullis mẽtem: vel appetitũ moueri. Hec vero totũ iã aial ipm mouere. Quale accidit circa somnos. Nam tametsi nullus tunc sensitiuus in animalibus iest motus: inest tamẽ aliquis motus: ꝛ animalia rursus expergiscuntur. At enim hec per ea que sequuntur patebunt.

T.c.20. ¶ Maxime aũt vtiqȝ videbit tertiũ habere dubitationẽ: q̃ fit cũ nõ insit prius motus: qd accidẽs est in aiatis. Quiescẽs eni prius post hoc vadit mouẽte exteriorũ nullo: sicut videt. hoc aũt falsũ est. Cõspicimus enim semp aliqd motũ in aiali nãliũ. Huiusmodi aũt motus nõ aial cã est: sed ↄtinẽs fortitã. Ipsũ aũt dicimus ipm mouere se: nõ sm oẽm motũ: sed sm locũ. Nihil igit prohibet. Magis aũt fortassis necessariũ ẽ: in corpore multos fieri motus a ↄtinẽte. Horũ aũt quosdã itellectũ: aut appetitũ mouere. Illũ aut totũ iã aial mouere q̃le ↄtingit circa sõnos. Sẽsibilis quidẽ eni cũ neqȝ vnus insit motus: in existente tñ aliquo surgunt animalia iterum. Sed nanqȝ manifestum erit: ꝛ de his ex sequentibus.

¶ Soluit tertiã rõnẽ ꝛ dicit. q̃ id qd tertio obm ẽ maxie facit dubitare q̃ possit eẽ motus cũ prius nõ fuerit: sic videt accidere i rebus aiatis. Videt eni q̃ aial qd prius qescebat postmodũ moueat processiuo motu: nullo motu facto ab exteriori. Et sic videt q̃ illũ motum aialis nõ pcedebat aliqs motus: neqȝ in ipso aiali: neqȝ in alio. sicut in rebus inaiatis dicebat. Sȝ h̃ est falsũ. s. q̃ motus aialis nõ fiat ab aliquo exteriori. Videmus eni semp i aialibus aliqd nãlr motũ qd. s. nõ mouet p volũtatẽ. Et huius qd mouet nãlr cã nõ ẽ ipm aial p suũ appetitũ: sed fortitã cã huius nãlis mutatiõis [est ↄtinẽs]. s. aer: ꝛ vlterius corpus celeste. Sicut manifeste apparet cũ alterat corpus aialis p calorẽ aeris ꝛ frigus aeris. Et dicit [fortitã] qr in aiali ẽt aliqd nãlr mouet ab iteriori prĩo: sicut pȝ in mutationibus q̃ sũt in aĩs vegetabili: vt apparet in digestione cibi ꝛ in sequẽtibus trãsmutationibus q̃ dicũt nãles: qr nõ sequunt apphẽsionẽ ꝛ appetitũ. Et h̃ videt eẽ ↄtra id qd ẽ ppũ aialis. s. q̃ moueat seipm. Et iõ subiũgit q̃ cũ dicimus aial mouere seipsũ nõ itelligimus h̃ de quolibet motu: sed de motu locali: sm quẽ aial mouet seipm p apphẽsionẽ ꝛ appetitũ. Sic igitur nihil phibet imo neccariũ ẽ q̃ i corpe aialis fiãt multe trãsmutatiões a ↄtinẽti. s. aere ꝛ corpe celesti: quarũ quedã mouẽt itellectũ aut appetitũ: ex quo vlterius iã totũ aial mouet. Est aũt ↄsiderãdũ q̃ h̃ declarat modũ quo corpa celestia in nos agũt. Nõ eni agũt directe i aĩas nr̃as sed i corpa. Motis ãt corpibus p accñs fit motus i viribus aie: que sũt actus corpaliũ organorũ. Nõ aũt ex necitate i itellectu ꝛ i itellectiuo appetitu q nõ vtunt organis corporeis. Aliqñ tñ itellectus ꝛ volũtas sequunt aliq̃s pdictarũ mutationũ. Sicut cũ aliqs p rõnẽ eligit vel seq vel repellere vel aliqd agere pp̃ter passionẽ vel in corpe vel in pte sensitiua exortã. Et iõ nõ dicit q̃ oẽs motus q fiũt a ↄtinẽte mouẽt itellectũ aut appetitũ [sed qdã] vt oĩno necessitatẽ ab itellectiua pte excludat. Ponit ãt exẽplũ eorũ q dixerat i dormiẽtibus in qbus maxie qes eẽ videt q̃tũ ad aiales motus: cũ tñ i eis nullus motus sit sẽsibilis. s. a sẽsibili apprehẽsiõe pcedẽs: iterũ surgũt aialia euigilata: p aliquẽ mo

tũ iteriorẽ existẽtẽ: vel ex ope aie nutritiue: sicut cũ digesto cibo deficiũt euaporatiões q̃ sõnũ causabãt: ꝛ aial excitat. siue cũ alterat corpus a ↄtinẽte p calorẽ aut frigus. Et sic diligẽter ↄsideranti apparet q̃ nũq̃ in nobis aliqs motus apparet de nouo nisi pcedente aliq̃ alio motu. Et h̃ pmittit se in sequẽtibus magis manifestaturũ. LEC. V.

¶ Principiũ aũt ↄsiderationis id erit qd fuit ꝛ dubitationis: cur nã aliq̃ eorũ q̃ sũt: iterdũ mouent: iterdũ qescũt. Necesse est itaqȝ aut vniuersa semp qescere: aut vniuersa semp moueri: vt Heraclitus. Aut q̃dã moueri: q̃dã qescere. Et horũ rursus: aut ea q̃ mouẽtur semp moueri: ꝛ ea q̃ qescũt semp qescẽ. Aut vniuersa eẽ apta simul: vt moueant atqȝ qescant: aut id esse qd restat atqȝ tertiũ est: ꝛ eorũ inq̃ q̃ sũt: alia semper imobilia eẽ: alia semp moueri: alia vtrũqȝ: moueri inq̃ atqȝ qescere posse: qd qdẽ a nobis dĩm ẽ. Hoc enim eorũ omnium que dubitantur solutionẽ habet: ꝛ huiusce nostre tractationis est finis.

P Rincipiũ aũt ↄsiderationis ẽ qd qdem ꝛ dicte dubitationis. q̃re q̃dam eorũ q̃ sunt aliqñ quidẽ mouẽtur: aliquando aũt qescũt iterũ. Necesse aũt aut oĩa qescere semp: aut oĩa semp moueri: aut alia qdem moueri: alia aũt qescere. Et iterũ horũ. aut q̃ mouẽtur moueri semp: que vero quiescũt quiescere semp: aut omnia apta nata sũt similiter moueri ꝛ quiescere: aut reliquũ amplius: ꝛ tertiũ est. Contingit enim alia quidem semper imobilia esse eorum que sunt: alia vero semper moueri: alia aũt cũ vtrisqȝ accipere: qd qdẽ nobis dicẽdũ est. Hoc eni hẽt solutiões omnium dubitatorum: ꝛ finis nobis est huius negocij. T.c.21.

Postq̃ phs i. 7. ostẽderat q̃ in mouẽtibus ꝛ in mobilibus nõ ẽ pcedere in ifinitũ. sȝ ẽ deuenire ad aliqd prĩm: ꝛ ẽt iã ondit q̃ motus sp fuit ꝛ sp erit: vlterius pcedit ad igrẽdũ ↄditionẽ p̃mi motus ꝛ p̃mi motoris. Et diuidit in ptes duas. In prĩa ondit q̃ motus p̃mus ẽ sempiternus: ꝛ q̃ prĩm mouẽs est oĩno imobile. Scdo ex h̃ pcedit ad ondẽdũ q̃lis sit p̃mus motus: ꝛ q̃lis sit p̃mus motor. ibi [At vero aliud facit pn. ꝛc.] Prĩa aũt pars diuidit i tres ptes. In prĩma ponit sub q̃one quandã diuisionẽ q̃nqmẽbrem. In secũda excludit tres ptes pposite diuisionis ibi [Oĩa igit qescere ꝛc.] Tertio ingrit de duobus residuis mẽbris qd eorũ sit verius: qr ex h̃ depẽdet vitas quã ingrere itẽdit. ibi [Oĩa ãt velle aliqñ qdẽ ꝛc.] Dicit ḡ p̃mo q̃ prĩm sequẽtis ↄsiderationis q̃ ingrere itẽdimus de p̃ motu ꝛ p̃ motore: ẽ qd ptinet ad dubitationẽ pdictã quã. s. mouit soluendo 3am rõnẽ. Vñ ↄcludit q̃ q̃dã aliqñ mouẽt ꝛ aliqñ qescũt iterũ: ꝛ nõ semp vel mouent vel qescũt. ex quo ponit motus sempiternus in cõl. Et dicit q̃ necesse ẽ dispositionem rerũ q̃tum ad motum vel quietem tripliciter se habere. Quorũ vnus modus ẽ: vt omnia semper quiescant: ꝛ nihil aliqñ moueat. Secũdus modus est: vt omnia semp moueant ꝛ quedam quiescãt. Tertius modus est q̃ q̃dã moueant ꝛ quedam quiescant. Sed iste tertius modus iterũ diuidit in tres modos: quorũ p̃mus est q̃ quedã mouẽtur ꝛ quedam quiescunt: ita tñ q̃ ea que mouent semper moueant: ꝛ ea que quiescunt semper quiescant: ꝛ nihil sit qd quandoqȝ moueat ꝛ qñqȝ quiescat. Secũdus modus ẽ ecõtrario: q̃ oĩa sunt nata ꝛ moueri ꝛ qescere: ꝛ nihil est qd semp moueat vel semp qescat. Tertius modus huius Lec. 2. o pu' i f.

scḋe diuisionis est: ꝙ alia semꝑ sint imobilia ⁊ nunꝗ̄ moueanṫ: alia semꝑ mobilia ⁊ nūꝗ̄ gescant: alia vō pñt accipi cū vtroq;.s. cū motu ⁊ gete: ita ꝙ qñq; moueanṫ qñq; gescāt. Et istud vltimū mēbrū est nobis determinādū ꝑ veritate: q꞉ in h̄ habenṫ solutiōes oīum obiectoꝝ. Et qñ h̄ ostēderimus habebimus finē quē itēdimus i isto opere.s. ꝑuenire ad ṗmū motū sempiternū: ⁊ ad ṗmū mouēs imobile. Sic ḡ tertiū mēbrū ṗme diuisionis diuidiṫ in tria mēbra: ⁊ fiūt i vniuerso ɋnque mēbra hui᷒ diuisiōis. ¶ Est aūt ɔsiderādū ꝙ in tribus hoꝝ mēbroꝝ oīa entia ponunṫ vnius dispositionis: sicut pȝ in ṗ mēbro quo diciṫ oīa quiescere: ⁊ in secūdo quo dṙ oīa semꝑ moueri: ⁊ in ɋrto quo diciṫ oīa qñq; gescere ⁊ qñq; moueri. In vno aūt mēbro.s. in tertio: diuidunṫ entia in duas dispōnes.s. ꝙ q̄dā semꝑ moueanṫ ⁊ quedā semꝑ gescāt. In vno etiā mēbro.s. in ɋnto diuidunṫ entia in tres dispositiōes: sciꝉȝ ꝙ quedā semꝑ moueanṫ: quedā nūꝗ̄ moueāṫ: quedā qñq; moueanṫ ⁊ qñq; nō moueanṫ. ¶ Et ɔsiderādū ē ꝙ in h̄ vltimo mēbro nō facit mētionē de gete sed de imobilitate. q꞉ ṗmus motor qui nunꝗ̄ moueṫ nō pōt dici ꝓprie gescere: q꞉ vt in ɋnto dictū est: illud ꝓprie quiescit qḋ natū est moueri ⁊ non mouetur. ¶ Secundo ibi.

T. c. 4. l. com. 20.

¶ Uniuersa itaq; cēsere gescere: ⁊ hui᷒ q̄rere rōnē: ipm post habēdo sensū: ibecillitas est ꝑfecto mētis ac hebetudo. Et de toto quodā: sed nō de parte quadaȝ est cōtrouersia. Neq; solū est aduersus philosophū nālē: sed aduersus etiā oēs sciētias: vt simpliciter dicaȝ: opinionesq; oēs. Propterea ꝙ oēs motu vtunṫ. Preterea vt ificiatiōes ṗncipioꝝ i rōnib᷒ mathematicis nō ad ipȝ mathematicū ꝑtinēt: in ceteris q; sili mō: sic neq; idipm refellere qḋ nunc est dictū ad nālē philosophum attinet. Est eni apud ipm hoc supposito: naturam ṗncipium motus esse.

T. c. h. 12. ¶ Oia igiṫ gescere: ⁊ huiusmodi rōnes querere dimittētes sensuȝ: ifirmitas q̄dā est intellectus. Et de toto aliquo: sed nō de ꝑte ambiguitas ē. Neq; solū ad physicū: sed ad oēs scias: vt ē dicere ⁊ oēs opiniones: ꝑp id ꝙ motu vtunṫ oēs. Amplꝰ aūt de pricipiis ipoꝛtunitates sīc i rōnibꝰ circa doctrinas nihil sūt ad mathematicū: silr aūt in aliis: sic neq; de eo qḋ nūc dṙ ad physicū. Suppono enim ꝙ natura principiū motus sit.

¶ Excludit tria mēbra ꝑdicte diuisionis. Et ṗmo ponit ꝙ nō oīa gescāt semꝑ. Scḋo ꝙ nō oīa mouenṫ semꝑ ibi [Fere aūt adhuc ⁊c.] Tertio excludit tertiū mēbrū quo dicebaṫ ꝙ q̄ mouenṫ: mouenṫ semꝑ: ⁊ q̄ gescunt: gescunt semꝑ. ibi [At vō neq; alia qdē.] Circa ṗmū tria ponit quorū ṗmū est ꝙ ex q̄dā itellectus ifirmitate ꝓcedit ꝙ aliq dicāt oīa gescere: ⁊ ꝙ ingrant ad h̄ aliquā sophisticā rōnē dimisso sensu. Procedit eni ex h̄ ꝙ itellectus nō ē sufficiēs ad dissoluēdū sophisticas rōnes que repugnāt his

Capꝰ. 9. que sūt manifesta s̄m sensum. Dictū est aūt in ṗmo topicoꝝ: ꝙ nō est curādū disputare ɔtra q̄scunq; positiones vel ꝓblemata de qbꝰ aliq dubitat idigēs sensu vel pena. Uñ ɔtra istā positionē nō opȝ dubitare ꝑpter stultitiā di-

Destruere motus repugnat oibꝰ sciētiis.

cētis. Scḋȝ qḋ dicit est ꝙ ista dubitatio nō est de aliquo ꝑticulari ente: sed vlr de toto ente: neq; ēt ꝑtinet solū ad nālē phm: sed quodāmodo ꝑtinet ad oēs sciētias demonstratiuas: ⁊ [ad oēs opiniones] .i. ad oēs artes que vtunṫ ɋbusdā opinionibꝰ: sicut rhetorica ⁊ dialectica. q꞉ oēs artes ⁊ scientie vtunṫ motu. Practice quidē q̄si dirigentes aliquos motus. Naturalis aūt phia speculādo nām motus ⁊ mobiliū. Mathematici ēt vtunṫ motu imaginato: dicētes ꝙ pūctus motus facit lineā. Metaphysicus autē ɔsiderat de ṗmis ṗncipiis. Sic igiṫ pȝ ꝙ destruere motū repugnat oibꝰ scientiis. Error aūt qui ꝑtinet ad oīa entia: ⁊ ad oēs scias: nō ē reprobādus a nāli sȝ a methaphisico. Nō ḡ ꝑtinet ad nālē ɔtra istū errorē disputare. Tertium qḋ dicit ē ꝙ irrationabiles ⁊ ipoꝛtune dubitatiōes de ṗncipiis i doctrinis mathematicis nō ꝑtinēt ad mathematicū vt eas remoueat. ⁊ silr ē in aliis sciētiis. Et silr nec ad physicū ꝑtinet destruere huiꝰ pōnē q̄ repugnat suis ṗncipiis. In q̄libet eni scia supponiṫ ꝑ ṗnᵒ diffo subiecti. Uñ ⁊ in sciētia que est de natura: supponiṫ q̄si ṗnᵐ ꝙ natura sit ṗnᵐ motus. Sic ergo ꝑ tria media apparet ꝙ ad nālēȝ nō pertinet ɔtra hāc positionē disputare. ¶ Scḋo ibi.

¶ Asserere autē cūcta moueri: est qdem fere falsum: aut minꝰ scie nālis fines egrediṫ. Quāꝗ̄ eni in nālibus posita est natura motus ṗncipiuȝ: ⁊ quietis. Tñ motus naturale magis esse videtur.

¶ Fere aūt adhuc ⁊ oia dicere moueri: falsuȝ qdē. Minus aūt h̄ ꝑter artē. Positū quidē eniȝ est: ꝙ natura in physicis principiū sit motꝰ ⁊ getis. Similiter autem physicum est motus. T. c. 13.

¶ Excludit s̄m mēbrum quo ponebaṫ ab Heraclito oīa semꝑ moueri. Et ṗmo cōparat hāc opionē ꝑcedēti opioni q̄ ponebat oīa semꝑ gescere: ⁊ dicit ꝙ dicere oīa moueri semꝑ vt Heraclitꝰ dixit ē qdē falsuȝ: ⁊ ɔtra ṗnᵒ scie nālis: sed tñ minꝰ repugnat arti hec positio ꝗ̄ ṗᵃ. Et ꝙ qdeȝ repugnet arti manifestū est: q꞉ tollit suppositionē scie nālis in q̄ poniṫ ꝙ nā nō solū est ṗnᵐ motꝰ: sed ēt getis. Et sic pȝ ꝙ silr nāle est ges sicut ⁊ motus. Uñ sicut ṗma opinio q̄ destruebat motū erat ɔtra sciam nālē: ita ⁊ hec positio que destruit quietē. Ideo aūt dixit hanc opinionēȝ eē minus preter artem: quia quies nihil est aliud ꝗ̄ priuatio motꝰ: ꝙ aūt nō sit priuatio motus: magis pōt latere ꝗ̄ ꝙ non sit motus. Sunt enim quidam motus parui ⁊ debiles: qui vix possunt sentiri: ⁊ sic potest videri ꝙ aliquid quiescat qḋ non quiescit. Sed motus magni ⁊ foꝛtes latere nō pñt. Uñ nō dici pōt ꝙ decipiaṫ sensus in ꝑceptiōe motus: sicut in ꝑceptione getis. ¶ Et ideo scḋo ibi.

¶ Atq; inquiūt qdaȝ nō eoꝝ que sūt alia nō moueri: sed vniuersa: sempq; moueri: nō tñ videri: sed latere id nostrū sensū. Quibus ⁊ si nō distinguūt quonaȝ motu: an oibus dicant: nō est difficile occurrere: falsamq; hanc sententiam esse ostendere.

¶ Et dicūt qdā moueri eoꝝ q̄ sūt: nō alia qdem: alia vō nō: sed oia ⁊ semꝑ: sed latere hoc nostrū sensuȝ. Ad quos etiā qdē nō determinātes q̄leȝ motū dicūt aut oēs: nō difficile est cōtradicere.

¶ Ostēdit quō hāc scḋam positionem aliq posuerūt: ⁊ dicit ꝙ qdā.s. Heraclitus ⁊ eius sequaces dixerūt ꝙ omnia q̄ sūt semꝑ mouenṫ: nō solū q̄dā: aut aliquādo. Sed motus latet sensum nostrum. Qui si loquerenṫ de aliqbus motibus: eoꝝ dictum sustineri posset. Sūt enim aliq motus qui nos latēt. Sȝ q꞉ nō determināt de quali motu loquanṫ sed dicūt de oibus motibus: iō nō est difficile ɔtra illos obiicere: q꞉ multi motus sunt de quibus manifestū est ꝙ non possunt semper esse. ¶ Tertio ibi.

¶ Fieri eni nō pōt vt icremēta ɔtinue: vel decrementa suscipianṫ: sed est ⁊ mediū ipȝ. Est aūt hec sententia ꝑsimilis ei: que ē de ɔsumptione lapidis a gutta: ⁊ de diuisiōe saxoꝝ cū a plantis que ide pullulāt di-

scindunt. Nō eni si tātum pepulit pluīa: aut abstulit gutta: τ dimidiū in dimidio tpis pepulit: aut abstulit pus: sed vt in nauis fit tractu: sic τ tātū tot gutte mouēt. Pars autē ipsaꝝ nullo in tpe tantū mouet. Atqꝫ diuidit qdē id: qd est ablatū plures in ptes: attamen illaꝝ nulla seorsuꝫ est mota: sed totū simul est motū. Pꝫ igit nō necessariū eē semp aliquid abire: qꝛ diuiditur in infinita decretio: sed totū interdum abire.

¶ Neqꝫ eni augeri neqꝫ minui difficile ē ꝯtinue: sed ē τ mediū. Est aūt similis rō huic de eo qd est guttaꝫ ꝯterere apta nata τ lapides scindere. Nō eni si tantū effodit aut remouit gutta: τ mediū in medio tēpore prius: sed sicut nauis tract⁹ ē: τ gutte tot tātū mouēt. Pars aūt illoꝝ i nullo tēpore tantū. Diuidit quidē eni qd remotuꝫ ē i plura: sed nihil coꝝ motū ē seorsū sꝫ sil. Manifestū igit ꝙ nō ē necāriuꝫ semp aliqd abire. qꝛ diuidit diminutio in ifinita: sꝫ totū aliqñ abire.

¶ Ponit rōnes ꝯtra opinionē predictā. Et pmo qꝛtum ad motum augmēti. Secundo quantum ad alterationis motū ibi [Silr aūt τ in alteratiōe.] Tertio qꝛtū ad motum localē ibi [Et fm ꝙ fert τc.] Ideo aūt ab augmēto icipit qꝛ Heraclitus maxime iducebat ad suā positionē ex ꝯsideratione augmēti. Uidebat eni aliquē augeri fꝫ aliquā modicā quātitatē in vno anno: τ supponēs augmētū esse ꝯtinuuꝫ: credebat ꝙ in qlibet pte illius tēporis fm aliqd illius quātitatis augeret: τ tn̄ nō sētit istud augmētū: qꝛ fit in modica tēporis pte. Et sic arbitrabatur esse in alijs que vident gescere. Dicit ḡ ꝯtra hoc Ar. ꝙ nō est possibile ꝯtinue aliqd augeri vel minui: ita. s. ꝙ qꝛtitas aucta diuidat fꝫ tēpus: ita ꝙ in qlibet pte aliqd eius augeat. sed iterponit mediū tēpus post augmētū vnius partis in quo nihil augetur: sed fit dispō ad augmētū sequētis partis. Et hoc manifestat p silia. Quoꝝ pmū est: qꝛ videmus ꝙ gutta pluuie multiplicata ꝯterit lapidē. Scdm exēplū est: qꝛ videmus ꝙ nascētia. s. plāte in lapidib⁹ nascētes lapides diuidūt. Sed nō possumus dicere ꝙ si gutta multiplicata tātū fodit vel remouet de lapide in tāto tēpore: ꝙ medietas guttaꝝ prius in medio tpe remouerit medietatem illius quātitatis: sed ita ꝯtingit hic sicut in trahētibus nauē. Nō. n. si cētū hoies trahūt nauē per tātū spatiū in tāto tēpore: sequit ꝙ media ps illoꝝ moueat per medietatē spatij in eodē tēpore: vel p idē spatiū in duplo tempore: vt in. 7. dictū est. Ita ēt nō sequit si multe gutte effodiūt lapidē ꝙ aliqua pars illaꝝ guttaꝝ pmo remouerit medietatem in aliquo tēpore. Et huius rō est: qꝛ illud qd remouet a lapide per multas guttas ē quoddā diuisibile i plura. sed tn̄ nō seorsuꝫ aliqd illoꝝ pluriū a lapide remouet: sed simul omnes ptes put sūt in potētia in toto remoto. Et loquit hic de pmo qd remouet. Nihil. n. phibet p longinquū tēpus aliquā tā magnā quātitatē remoueri a lapide per guttas: ꝙ aliq̄ pars remota est prius per ptē guttarū. Est tn̄ deuenire ad aliqd qꝛtum remotū qd totū sil remouet τ nō ps post partē. In remotione ergo illius totius nulla guttaꝝ precedētiū aliqd remouebat: sed disponebat tn̄ ad remotionē. Ultima aūt agit in vtute oium remouendo id ad cuius remotionem cetere disponebant. Et similr etiā est in motu diminutiōis. Nō est. n. necessarium ꝙ si aliqd decrescit tantum in tāto tempore: ꝙ illa quantitas in infinitum diuidatur ꝙ semper in qualibet parte temporis aliquid illius quantitatis subtractum habeat. Sed totū simul aliquando abibit. Et similiter etiā est in augmento. Et sic non oportet ꝙ cōtinue aliquid augeatur vel minuatur. ¶ Deinde cum dicit.

Lec. vii. com. 36.

¶ Silr τ in quauis alteratione dcm̄ est. Non enim si id qd alterat in ifinitū est diuisibile: iō τ alteratio fit simul per partes: sed persepe fit: vt congelatio.

¶ Similiter aūt τ in alteratiōe qlibet. Nō enim si partibile in ifinituꝫ ē qd alterat: ppter hoc τ alteratio: sed velox fit multotiēs sicut ꝯgelatio.

¶ Cōtradicit pdicte positiōi qꝛtum ad alterationē: τ hoc tribus modis. Primo eni dicit ꝙ silr dicēdū est in qualibet alteratione sicut dictū est in augmēto. Quāuis. n. corp⁹ qd alterat sit partibile in ifinitū: nō tn̄ opꝫ ꝙ ppter hoc alteratio in ifinitū diuidat: ita ꝙ in qualibet pte temporis aliqd alteratiōis fiat. Sed multotiēs fit velox alteratio: ita. s. ꝙ multe ptes corporis alterati simul alterant. Sicut accidit in densatione siue ꝯgelatione aque: tota enim aliq̄ aq̄ sil ꝯgelat: nō pars post partē. Si tamē accipiatur multū de aq̄ nihil phibet partē post partē ꝯgelari. ¶ Est aūt ꝯsiderādū ꝙ hoc qd hic dicit de alteratiōe τ augmento videt ꝯtrari his q̄ dicta sūt in. 6. vbi ostēsuꝫ est ꝙ motus diuidit fm diuisionē tēporis τ mobilis τ rei fm quā est motus. ¶ Sed sciēdū ē ꝙ Ar. in. 6. determinabat de motu in cōi non applicādo ad aliqua mobilia: τ ideo ea q̄ ibi de motu tractauit accipiēda sunt fm exigentiā ꝯtinuitatis motus. Hic aūt loqtur de motu applicādo ad determinata mobilia in qbus ꝯtingit aliquē motū iterrūpi τ non ꝯtinuari: qui fm rationem cōmunem motus posset esse continuus. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

T. c. 6. pn°. i8.

¶ Preterea cū qspiaꝫ egrotauerit necesse est tēpus in quo sanabit fieri: τ nō in tpis fine mutari: atqꝫ ad sanitatē: τ ad nihil aliud mutet necesse ē. Quare alterari ꝯtinue dicere: rebus est ꝑspicuis admodū aduersari. Alteratio enim ad cōtrariū est transitio.

¶ Amplius cū ifirmet aliqs: necesse ē tēpus fieri in quo sanabit: τ non in termino tpis mutari. Necē aūt in sanitatē mutari: τ in aliud nulluꝫ. Quare dicere ꝯtinue alterari: multū in manifestis ē ambigere. In ꝯtrarium enim alteratio.

¶ Et dicit ꝙ si aliqs q infirmat debeat sanari: necesse est ꝙ sanet in aliquo tpe: τ nō in termino tēporis. Et necesse est vlteri⁹ ꝙ ipsa mutatio sanationis tēdat in determinatū terminū. s. in sanitatē: τ nihil aliud. Si ḡ omnis alteratio reqrit determinatū tēpus: τ determinatū terminū: qꝛ ois alteratio ē i ꝯtrariū vt in. 5. dcm̄ ē. Nulla aūt talis mutatio ē semp ꝯtinua. Dicere ḡ ꝙ aliqd semp τ ꝯtinue alterer: ē dubitare de manifestis. ¶ Tertiā rōnē ponit ibi.

Lec. 4. t. com. 19.

¶ Lapis etiam neqꝫ durior fit: neqꝫ mollior.

¶ Lapisqꝫ neqꝫ durior fit neqꝫ mollior.

¶ Dicit ꝙ lapis non fit neqꝫ durior neqꝫ mollior etiam p temporis longinquitatem. Et sic stultuꝫ est dicere ꝙ oia semper alterentur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atqꝫ de latione mirabile est ꝑfecto si lapis latuit deorsum ferri: aut in terra manere.

¶ Et fm ꝙ fertur: mirabile est: si latuit lapis deorsum latus aut manens in terra. T. cō. 24.

¶ Contradicit predicte opinioni quantum ad motum localem dupliciter. Primo quideꝫ qꝛ aliqui motus locales τ quietes ita sunt manifesti: ꝙ latere non possunt. Mirabile eni videtur si lateat quando lapis fertur sursum: aut quādo quiescit in terra. Et sic nō potest dici ꝙ propter latentiam motus localis: ponantur omnia semper moueri

localiter. ¶ Secundo ibi.

¶ Preterea terra ceteraq; singula corpa necessario suis in locis manēt. Ex his aūt violēter mouenꝭ. Qꝫ si quedā ipsoꝝ sūt suis in locis: neq; loco oia moueri necesse est. Ex his igitur atq; similib⁹ alijs credide rit q̄spiā fieri nō posse vt aut omnia semꝑ moueantur: aut omnia semper quiescant.

¶ Amplius aūt terra⁹ ⁊ alioꝝ vnūqd̄q; ex necessitate ꝑmanent quidē in proprijs locis: mouentur autē violēter ex his. Siquidē igiꝭ quedam ipsorum sunt in proprijs locis: necesse neq; ſm locū oia moueri. Quod qdē igiꝭ impossibile fit aut sempomnia moueri aut semꝑ oia q̄escere: ex his ⁊ alijs hui⁹ sciet vtiq; aliquis.

¶ Ratiocinatur sic. Terra ⁊ q̄lïbet aliud corpus naturale quando sunt in proprijs locis ex necessitate nature q̄escūt ⁊ nō mouentur ex proprijs locis: nisi per violentiaz. Sed manifestū est quedā corpoꝝ naturaliū esse in proprijs locis. Necesse est ergo dicere ꝙ quedaz quiescāt ſm locū: ⁊ ꝙ non omnia localiter mouenꝭ. ¶ Ultimo autez epilogando cōcludit ꝙ ex premissis ⁊ alijs similibus potest quis scire ꝙ impossibile est aut semper omnia moueri: sicut dixit Heraclitus: aut semper omnia q̄escere: sicut dixit Zeno ⁊ Parmenides ⁊ Melissus. LEC. VI.

¶ At v̄o neq; fieri pōt vt alia semꝑ moueantur: alia semꝑ q̄escāt: ⁊ nihil iterdū moueaꝭ iterdū q̄escat. At q; dōm ē: vt antea dicta eē nō pōt: sic ⁊ hec eē non posse. Uidem⁹ eni dictas mutatiōes fieri in eisdem.

At v̄o neq; alia quidē semꝑ contingit quiescere: alia v̄o semꝑ moueri: aliqñ autē q̄escere: ⁊ aliquādo moueri nullum. Dicēdū autez ꝙ impossibile fit: sicut ⁊ in dictis prius ⁊ in his. Uidemus enim in eisdem fieri dictas mutationes.

